LYTHRACEAE

monographice describuntur

ab

Aemilio Koehne.

Addenda et corrigenda.

(cf. etiam Engler's Botan. Jahrbücher vol. II. p. 129—131.)

Vol. I. p. 142, adde »*Salicarieae* Adans. 1763, fam. . . . . . .«

Vol. I. p. 143, lin. 16. adde »19^{b}. *Thorelia* Hance 1877, journ. of bot. XV. 268, ob ovarium inferum aliosque characteres excludendum«.

Vol. I. p. 144, lin. 25, post »semina« adde »a dorso compressa«.

Vol. I. p. 144, lin. 42, ne legatur »12. *Dodecas*«, sed »12. *Crenea*«.

Vol. I. p. 145, lin. 1—3 deleantur et ita scribantur:

»a. Stylus cum capsulae operculo deciduus v. valvae cuidam adhaerens, a placenta solutus. Antherae haud v. parum revolutae. Calyx nunquam alatus«.

Vol. I. p. 145, lin. 15—19 deleantur et ita scribantur:

»b. Stylus a capsulae septifragae valvis saepe bifidis solutus et in placentae apice diu persistens. Antherae demum in orbem revolutae, saepe obliquae. Frutices.

α. Flores apetali 4-andri. Stamina epipetala. Calyx late 4-alatus. 18. *Tetrataxis*.

β. Flores petalis muniti, 10—23-andri. Calyx haud alatus. 19. *Ginoria*«.

Vol. I. p. 145, lin. 22, post »semina« adde »a latere compressa«.

I. ROTALA.

Vol. I. p. 146, lin. 3 adde synonymum »*Ammanniae* subg. 1. Clarke in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566«; lin. 23 ad synonymum *Hydrolythrum* Hk. fil. adde: »Clarke in Hk. fl. brit. Ind. 2. 571«.

Vol. I. p. 148, lin. 28 ne legatur »quod«, sed »quot«.

Vol. I. p. 149, deleantur lin. 30—32 et legatur:

»23. Stylus { stigma aeq. v. vix superans. 14. *R. leptopetala*.
ovarii $1/2$—$2/3$ aequans. 15. *R. densiflora*«.

Vol. I. p. 150, lin. 19, post »31. *R. tenuis*« inseratur:

»**Species non satis nota.**

349 (32). **Rotala Ritchiei** (Clarke) Koehne.

Synon. *Ammannia Ritchiei* C. B. Clarke 1879, in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566.

Caules 6—12-pollicares, radicantes. — Folia oppos., sess., caulina $1/2$—$3/4$ poll. aequantia, elliptica; nervi subtus haud prominentes. — Flores

solitarii, distantes, *inferiores distincte pedicellati.* — Calyx *longe campanulatus*, *truncatus* [1]); »dentes« 4, minuti, vix minutos interjectos latitudine aequantes. — Petala 4, minuta, rosea. — Capsula 4-valvis, ellipsoidea, longior quam latior, calycis tubum aequans. Semina subhemisphaerica, elliptica, peltata, fusco-flavescentia.

As. inter herbas fluitantes in oryzetis. Mons. Ind. or.: Dekkan, prope Belgaom (leg. Ritchie)«.

1. **R. mexicana.** Vol. I. p. 150 lin. 39 adde »*R. verticillaris* Franch. et Savat. enum. pl. japon. 1. 166. — [Tsaraon vernac. in ins. Madag. sec. cl. Bernier in sched.]«. — Ibidem sub var. α forma a. dele synonyma omnia, sed p. 151 lin. 6. ad subsp. 2 adde synonyma: »*R. pusilla* Tul.! 1856, ann. sc. nat., 4. sér., 6. 128. — *Ammannia pygmaea* Kz.! 1867 in Seem. journ. bot. 5. 376, journ. As. Soc. Beng. 40, II. 55 (Hassk. Flora 1871, 47) et 46, II. 85; Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 568«.

Lin. 7, ad icones adde »Sô mokou zoussetz II. fol. 16 sub Midsou matsouba sec. Franch. et Savat. enum. pl. japon. 1. 166«.

Lin. 39. adde »Folia interd. opposita«.

Lin. 42 in adnotatione adde: »Die von S. Kurz für seine *A. pygmaea* gemachte Angabe »Stam. calycis tubi parti superiori adnata« beruht auf mangelhafter Beobachtung, während die zweite »capsula apice tuberculata« richtig ist; eine ähnliche Ausbildung der Kapsel ist von mir an anderen Formen der *R. mexicana* noch nicht beobachtet worden«.

Pag. 152, lin. 6 dele: »?Mad.« usque »*pusilla*« et lege »Mad. Diego Suarez (2)!« — Lin. 7. dele: »Calcutta« usque »*pygmaea*« et lege »Bengal, Rajmahal hills; Chota Nagpore 330—660 m. alt. sec. Clarke; Calcutta et Pegu (2)! Abundans per terram Bengalensem inde a Calcutta usque ad Himalaya montes, nec minus in Pegu, *aug.-sept.*, sec. Kz.; secus montium Pegu Yomah declivitates occidentales *nov.* sec. Kz.«

2. **R. occultiflora.** Vol. I. p. 152 adde:

»Var. β. Leichhardtii Koehne. Folia 3—4na v. in ramis oppos., anguste oblonga (4—7 mm.: 1—3 mm.), basi acuta, nullo modo dilatata nec plicata, florem haud includentia, subretusa v. obtusa; nervus haud incrassatus. Flores exacte ut in typo.

Au. In parte interiore Australiae boreali-orientalis, the Lynd! (leg. Leichhardt; hb. mus. Paris.)«.

3. **R. verticillaris.** Vol. I. p. 153, lin. 12 adde synonymum »*Ammannia Rotala* (non F. Mueller) Clarke! in Hk. fl. brit. Ind. 2. 567«.

4. **R. Wallichii.** Vol. I. p. 154 lin. 2 adde »*Hydrolythrum Wallichii* Clarke! in Hk. fl. brit. Ind. 2. 572 absq. synon. Welwitschiano«.

Lin. 24 adde »Moulmein et Java sec. Clarke«.

5. **R. myriophylloides.** Vol. I. p. 154 lin. 25 adde:

»**Synon.** *Hydrolythrum Wallichii* Clarke 1879, l. c., quoad synonymum Welwitschianum«.

7. **R. floribunda.** Vol. I. p. 156 lin. 18 adde synonymum: »*Ammannia floribunda* Clarke! in Hk. fl. brit. Ind. 2. 567«.

8. **R. ramosior.** Vol. I. p. 157 lin. 23 post »SH.« adde »!«

Lin. 25 ante »Wlp.« adde »*A. humilis* Chapm. 1865 prt., fl. South. Un. States 134 (cf. infra No. 35)«.

1) Ob die Art überhaupt eine Lythracee ist?

Lin. 28 et 29 dele »? Chapm. 134 (var. *pygmaea*)« et lege »Chapm. fl. south. Un. St. 134 ex diagn. (flowers solitary, apetalous; petala certe praetervidit autor), an etiam. var. *pygmaea?*«

P. 158 lin. 12 post »aug.« adde »Long Island!« — Lin. 14 post: »Florida *jun.!*« adde »*aug. sept.* sec. Chapm. l. c.«; ante »Mej.« adde »Cal. Yosemite Valley; Columbia River, Oregon sec. Wts. bot. of Calif. 2. 447«. — Lin. 15 transpone »Trinidad sec. Griseb.« post »Am. cisaeq.« — Lin. 16 ne legatur »Peruvia« sed »Ecuador«. — Lin. 17 post »Minas novas!« adde »S. Miguel ad fl. Jequetinhonha!«

P. 158 lin. 18 ne legatur »**Seripculopsis**« sed »**Serpiculopsis**«.

10. **R. simpliciuscula.** Vol. I. p. 159 ad »*Ammannia simpliciuscula* Kz.« adde »!«, et »Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 568«.

13. **R. illecebroides.** Vol. I. p. 161 adde synonymum »*Ammannia pentandra* var. *illecebroides* Clarke 1879, in Hk. fl. brit. Ind. 2. 569«.

14. **R. leptopetala** emend. Vol. I. p. 162 lin. 5 ad synonymum »*A. pentandra* Bl. prt.« adde »Clarke prt. (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 568;« et »*A. nana* Wall. cat. n. 2105! (an etiam *A. nana* Roxb.?, cf. n. 26)«. — Lin. 7 deleatur synonymum »? *A. dentelloides* Kz. 1870, journ. As. soc. Beng. 39, II. 76«. Haec enim species, etiam a cl. Clarke in Hk. fl. brit. Ind. 2. 568 citata, e speciminibus authenticis a cl. G. King e Calcutta missis ne *Lythracea* quidem est, sed ad *Scrophulariaceas* pertinet. — Lin. 9 ad synonymum »*A. littorea* Mq.!« adde »1866—67, prolus. fl. Japon. 149; Franch. et Savat. enum. pl. Jap. I. 166. — [Japonice: Hamone]«.

P. 162 deleantur lin. 10—15 et transponantur ad speciem sequentem, nam studiis reiteratis intellexi, subspeciem **aristatam** ob styli longitudinem melius *R. densiflorae* adnumerandam esse, a cujus formis typicis petalis minoribus differt.

P. 162 lin. 16 ne legatur »f. 14 a—e« sed »f. 14 a—c«.

P. 162 lin. 33 deleatur: »aut ovarii $^1/_2$—$^2/_3$«.

P. 163. lin. 6 deleatur: »rarius ovarii $^2/_3$ aeq.«

P. 163 lin. 19 post »Mq.« deleatur: »ms.«

P. 163 deleantur lin. 25—38 et transponantur ad speciem sequentem. — Lin. 39 ne legatur »**Subsp. 3**«, sed »**Subsp. 2**«.

P. 164 lin. 6 post »Pondichery (b)!« adde »Macé (b)!« — Lin. 8 post »Java (a)« adde »Celebes, Makassar (α)!« — Lin. 10 ante »Nagasaki« adde »Nippon, ad litus freti van der Kapellen prope Simonosaki sec. Franch. et Savat.«.

P. 164 deleantur lin. 11—14 et transponantur ad speciem sequentem. — Lin. 15 ne legatur »Subsp. 3«, sed »Subsp. 2«.

15. **R. densiflora** ampl. Vol. I. p. 164 lin. 23 post »*A. nana* Rxb.« adde: »(cf. n. 26)«.

P. 164 lin. 32 ad subsp. 2 adde »*A. pentandra* Clarke prt. (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 568«.

Post Subsp. 2. inseratur:

»Subsp. 3. **Synon.** *R. leptopetala subsp. 2 aristata* Koehne 1880, Engler's botan. Jahrb. 1. 162 cum synonymis ibidem, lin. 10—15, citatis«.

P. 166 lin. 6 ne legatur »densifora«, sed »densiflora«.

P. 166 post lin. 9 inseratur:

»**Subsp. 3. aristata** Koehne p. 163 lin. 25—38 descripta cum varietatibus duabus, nunc α et β nominandis«.

P. 166 post lin. 15 inserantur loci natales p. 164 lin. 11—14 citati, quibus adde »Tesc. Afghanistan (α)!«

Vol. I. p. 166 lin. 18 ne legatur »quod«, sed »quot«.

16. **R. fimbriata.** Vol. I. p. 166 lin. 25 adde »*A. pentandra* var. *fimbriata* Clarke prt. (!) 1879, in Hk. fl. brit. Ind. 2. 569«.

17. **R. hexandra.** Vol. I. p. 167 lin. 2 adde »*A. pentandra* var. *fimbriata* Clarke prt. (!) 1878, l. c.«

Lin. 20 ante »Segaen« inseratur: »Ava, prope«.

18. **R. filiformis.** Vol. I. p. 168 lin. 32 ne legatur »Eu. Si.«, sed »Med.«

20. **R. diandra.** Vol. I. p. 170 lin. 5 adde »N. W. Australia: Margaret River, sources of Sturt's and Hooker's Creeks (sec. F. v. Muell. proc. roy. soc. N. S. Wales 1879)«.

23. **R. alata.** Vol. I. p. 171 lin. 19 adde synonymum »*A. pentandra* Clarke prt. (!) 1879, in Hk. fl. brit Ind. 2. 568«.

26. **R. indica.** Vol. I. p. 173 lin. 3 ad synonymum *A. peploides* Spreng. adde »Clarke prt. (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566 (sec. Clarke *A. nana* Roxb., cf. Nr. 15, huc pertinet)«.

P. 173 lin. 8 adde »[Japonice Kikashi gza sec. Franch. et Savat. enum. pl. Japon. 1. 166]«.

P. 174 lin. 4 adde »Kabul sec. Clarke«. — Lin. 9 adde »Kiusiu prope pagum Sonogi *sept.* sec. Franch. et Sav.«

27. **R. subrotunda.** Vol. I. p. 174 lin. 11 adde synonymum »*A. peploides* Clarke prt. (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566«.

Lin. 12 post »*A. latifolia* Wll.« adde »!«

Lin. 12 post »*A. subrotunda*« lege »Wall.! ed Kz. 1871«, etc., et huic synonymo adde »Clarke l. c. 571«.

P. 175 lin. 2 ante »nervis« inseratur »*obscure v. haud marginata*«. — Lin. 5 ne legatur »Irawddi«, sed »Irawadi«.

28. **R. rotundifolia.** Vol. I. p. 175 lin. 20 ad synonymum *A. rotundifolia* Rxb. adde »Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566. — *Ameletia rotundifolia* Dalz. et Gibs. Bomb. fl. 96 sec. Clarke«.

Lin. 22 adde »[Thuntuneea v. Mirkooa ind. „at the Turraye"].«

P. 176 lin 13 post »As.« adde »in uliginosis«. — Lin. 15 post »Saharunpur« adde »ad pedes montium Deyra Doon«. — Lin. 19 post »Canton *maj.*!« adde »Macao *sept.!*« — Lin. 20 adde »in regione inferiore tractus Niko *jul.* sec. Franch. et Savat. enum. pl. jap. 2. 370«.

29. **R. macrandra.** Vol. I. p. 176 lin. 23 ad synonymum *Ameletia rotundifolia* Wt. adde »an etiam Dalz. et Gibs.?, cf. supra sub Nr. 28«.

31. **R. tenuis.** Vol. I. p. 177 lin. 31 adde synonymum: »*Ammannia tenuis* Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 567«.

P. 178 lin. 11 adde »Banda usque ad Concan etc., sec. Clarke l. c.«

349 (32). **R. Ritchiei** (Clarke) Koehne, cf. supra p. 386.

II. AMMANNIA.

Vol. I. p. 240 lin. 8 adde synonymum »*Ammanniae* subg. 2. Clarke 1879, in Hk. fl. brit. Ind. 2. 566«. — Lin. 14 adde synonymum »*Ludwigiae* species Kellogg proc. Calif. acad. 7. 78 sec. Wts. bot. of Calif. (cf. infra n. 37)«.

Vol. I. p. 243 dele lin. 38 et lege:

»17. Caulis ramique apice alati. Folia { basi haud dilatato-cordata — 15. *A. attenuata.*
{ pleraque basi dilatato-cordata — 15b. *A. crassissima* +«.

32 (1). **A. auriculata.** Vol. I. p. 244 lin. 10 post »SH.« adde »!«

Lin. 11 adde synonymum »*A. senegalensis* Clarke 1879, in Hk. fl. brit. Ind. 2. 570.«

Lin. 13 adde synonymum »— An *A. sagittata* var. α. *angustifolia* A. Rich. 1845 in Ramon de la Sagra hist. fis. pol. y nat. de Cuba 2. parte tomo 10. p. 252? (Cl. Richard formae suae attribuit pedunculos 2—3 floros, flores pedicellatos, capsulas parvas. An eadem potius *A. coccineae* Rottb. adnumeranda?)«.

Lin. 16 adde synonymum »? *A. longipes* Sauvalle 1868, fl. Cubana 53 (pedunculi 1-, rarius 3-flori, folium dimidium vix aequantes)«.

P. 246 lin. 34 post »Vera Cruz!« adde »Ant.?: Cuba sec. A. Richard l. c. et sec. Sauvalle l. c.« — Lin. 36 ante »Bahia« adde »Pernambuco!« et post »Jequitinhonha« dele »sec. SH.« et lege »!« — Lin. 40 ante »Amora« adde »Eilet ad Moiet!« Praeterea dele »Angar« et lege »Augar prov. Modat«. — Lin. 41 post »Nubia« dele »(β)« et lege »(αd)«; praeterea adde »Dongola, in insula depr. Nili prope Daebbe *jun.!*«

P. 247 lin. 4 ante »N. W. India« adde »Kaschmir!« Post »Kz.« adde: »Chin. Jap. China, Sou-Kiang (αc)!« — Lin. 5 adde »N. O. Australia, Palmer River (αb)!«

33 (2). **A. multiflora.** Vol. I. p. 247 lin. 6 post »Rxb.« adde »!«

Lin. 7 adde »Clarke(!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 571«.

Lin. 13 adde synonymum »*A. japonica* Mq.! 1866—1867, prolus. fl. Japon. 149; Franch. et Savat.! enum. pl. Jap. 1. 167«. — Ibidem post »*senegalensis*« adde: »*d. patens* Hiern (!) et«.

Lin. 14 dele »*A. japonica* Mq. ms.!« et adde »[Japonice Fime mizo hagi sec. Franch. et Savat.]«.

P. 248 lin. 1 post »breves« adde »v. sat numerosi neque vero conferti«.

Lin. 17 ante »Nubia« adde: »Congo, in insula ad Porto da Lenha sita (αa)! Angola sec. Hrn.; Madi sec. Hrn.; Sansibar (αa) *oct.!*« — Lin. 18 post »*jun.!*« adde »Lasaina prope Tananarivo (α) *jun.!*« — Lin. 22 post »Kz.« adde »Manila!« Ante »Nipon« adde »China, Sou-Kiang (αa)!« Post »Yokoska (a)« adde: »*sept.!* Chadongaca (αc) *oct.!*« — Lin. 24 adde »Margaret River! 17° 30′ lat., 128° 30′ long.! Nickol Bay distr., Fortescue River, sec. F. v. Mueller, plants of N. W. Austr., Perth 1881, p. 9; S. Australia: in parte centrali circ. inde a 31.° versus septentrionem et in districtu fluminis Murray, sec. Tate flow. plants of S. Austr. p. 19«.

35 (4). **A. coccinea.** Vol. I. p. 249 lin. 13 adde »An *A. sagittata* var. *angustifolia* A. Rich. 1845? (cf. supra sub Nr. 32)«. Lin. 15 adde: »Cum *A. Texana* conferatur *A. latifolia* A. Gr. pl. Lindheim. 2. 188, ubi citantur synonyma *A. Texana* et *A. stylosa* cum diagnosi: Var. *octandra* staminibus exsertis, stylo brevi incluso, Upper Guadeloupe«. Ibidem adde synonyma: »*A. humilis* Chapm. prt., fl. South. Un. States 134 (cf. supra sub Nr. 8). — An *A. longipes* Sauvalle 1868? (cf. supra sub Nr. 32). — [Mamaka incolar. ins. Mariann. sec. cl. Gaudichaud in sched.]«

P. 250 lin. 26 ante »Carolina« adde »Virginia«! Lin. 28 post »Antigua!« adde »Martinique (1) *apr.!*« Lin. 29 post »Soledad!« adde »Prov. Vera Cruz (1)! — Am. cisaeq. Curaçao (1)!«

36 (5). **A. octandra.** Vol. I. p. 251 lin. 1 post »Kz.;« adde »Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 571«.

37 (6). **A. latifolia.** Vol. I. p. 252 lin. 13 post »insignia« adde: *Ludwigia scabriuscula* Kellogg Prov. Calif. acad. 7. 78 »apparently« sec. Wts. bot. of Calif. 2. 447 (an revera huc pertinet?).

Lin. 26 post »New Orleans!« adde »— Mej. Mejico borealis: Guadalupe, Chihuahua sec. Hemsley biol. centr.-amer.«

38 (7). **A. verticillata.** Vol. I. p. 252 lin. 36 post »Hrn.« adde »non Clarke«.

P. 235 lin. 16 »— Med. Lycia . . . . . . Crnagora *jul.!*« transponatur in lineam 17 post »Boiss.« Lin. 8 lege »Stam. 4« nec »Stam. 3«.

43 (12). **A. senegalensis.** Vol. I. p. 255 lin. 20 deleatur synonymum »*A. senegalensis* δ *patens* Hiern«, quod ad Nr. 33 (cf. supra) pertinet.

P. 256 lin. 27 post »St. Louis (b)! »dele »[3]« et adde »Littora Africae orientalis (a)!«

P. 256 Adn. 3 (lin. 41—43) deleatur.

44 (13). **A. Wormskioldii** legatur Vol. I. p. 256, nec *A. Wormskjöldii.*

46 (15). **A. attenuata.** Vol. I. p. 258 lin. 27 ante »Sud.« adde »Sah. Ad cataract. prope Assuan (Syene et Philae) *dec.!* —« Lin. 28 post »Nili (b)« adde »*jun.*!«

350 (18). **A. crassissima** n. sp.[1]). Inserenda post Nr. 46 (15) Vol. I. p. 258.

Icon. Koehne atl. ined. t. 8. f. 350.

Annua glaberrima. Caulis (28—42 cm.) *robustus* (basi 5 mm. diam.) simplex v. patulo-ramosus, *ut rami manifeste alatus.* — Folia infima e basi cuneata, cetera *e basi subdilatato-cordata lanceolata* (22—85 mm.: 4—18 mm.), acuta, subdiscolora, supra ex sicco sat laete viridia, margine laevissima, subuninervia. — Dichasia sessilia; pedicelli peculiares ad 1 mm. lg., ima basi prophylla albida tenera, pedicellum vix superantia gerentes. — Calyx (*1½—2½ mm.*) breviuscule campanulatus; *appendices brevissimae sed manifestae, retusae v. subemarginatae.* — Cetera ut in *A. attenuata* (Nr. 46).

Af. Sud. Abessinia: Dehli-Dikeno!

47 (16). **A. baccifera.** Vol. I. p. 258 lin. 35 post »II. 85« adde »Clarke (!) in Hk. fl. brit. Ind. 2. 569«.

P. 259 lin. 19. Ad synonymum »*A. salicifolia* Hrn.« adde »Clarke (!) l. c.«

Subsp. 1. P. 261 lin. 18 post »Nubia«: adde »Dongola, in ins. Nili *jun.* (cum Nr. 46)!« — Lin. 25 dele »Pegu sec. Kz.« — Post »Java *jun.* (a)!« adde »Timor (bb)!« — Lin. 26 post »Kanton (bb)« adde »China, Sou-kiang (aa)!« — Lin. 26 post »N. W. Australia« adde: »(aa) in littore continentis prope insulas Dampier *apr.!*, inter Connaught Ranges et Humbert River sec. F. v. Müll. in proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1880«. — Lin. 28 post »Bth.« adde »In parte centrali Australiae meridionalis inde a 31.° versus septentrionem sec. cl. Tate, flow. plants of S. Austr. p. 19«.

Subsp. 2. P. 261 lin. 29 post »Afghanistan (b)!« adde: »Persia, Astara (a)!« — Lin. 32 ante »Manila« adde »Pegu!«

Subsp. 3. P. 261 lin. 34 ne legatur »Eu. Sib.« sed. »Med.« — Lin. 38 post »Wadi Kamme (a)« adde »*febr.*!« — Lin. 39 post »Nubia:« adde »Dongola, in ins. Nili prope Daebbe *jun.!*«

48 (17). **A. microcarpa.** Vol. I. p. 262 lin. 25 adde »Celebes, Pankadjem!«

---

1) Diese Form steht zu *A. attenuata* (Nr. 15) in demselben Verhältniss, wie *A. aegyptiaca* (Nr. 47 subsp. 3) zu *A. baccifera* (Nr. 47 subsp. 1). Man könnte auch sagen, sie steht in demselben Verhältniss zu *A. aegyptiaca* wie *A. attenuata* zu *A. viridis* (Nr. 47 subsp. 2). Entweder müsste man *A. attenuata* als geflügelte Form zu *A. viridis* einerseits, und *A. crassissima* als geflügelte Form zu *A. aegyptiaca* anderseits ziehen, oder man muss sowohl *A. attenuata* wie *A. crassissima* als selbständige Arten auffassen. Ich ziehe fürs Erste das Letztere vor.

III. PEPLIS.

Subg. 1. Vol. I. p. 262 lin. 31 adde synonymum »*Ammanniae* spec. AGr. man. ed. 4, add. p. XCII«.

49 (1). **P. diandra.** Vol. I. p. 263 lin. 40 dele »133 sec. Wts.« et lege »fl. South. Un. States 133«.

P. 264 lin. 19 ante »Carolina« adde »Florida occid. *jun.-aug.* sec. Chapm.«

50 (2). **P. Portula.**

P. 265 lin. 21 dele »Forma b. *callitrichoides* A Br. ms.! Urban l. c.« et lege: »Forma b. *natans* Borbás, Értekezések a természettudományok köréből 1879, apr., seors. impr. p. 27. **Synon.** Forma *callitrichoides* A. Br. ed. Urban. l. c.«

P. 265 lin. 29 adde »— Pamp. Argentina: in parte inferiore vallis Nauquen introducta sec. Lorentz et Niederlein, Exped. al Rio Negro 1879, entr. II, Botan. p. 217.«

IV. LYTHRUM.

Vol. I. p. 308 post lin. 11 adde:

»Nomina dubia ad species nescio quas referenda citantur a cl. Steudel (nomencl. 1821, p. 502) sequentia: *L. lusitanicum* Mill., *L. fruticosum* (Raeusch.).«

52 (1). **L. rotundifolium.** Vol. I. p. 309 lin. 6 adde »Debr-Eski 3100 m. alt. *jul.!*«

55 (4). **L. tribracteatum.** Vol. I. p. 312 lin. 5 ante »Bth.« adde »Steud. 1821, nomencl. 502 (sine diagn.)« et post »cat. 98« adde (»sine diagn.)«.

P. 313 lin. 10 speciei locos natales italicos transpone in lin. 12 post »Med.« — Lin. 11 post »Békés!« adde »Szinatelep prope Ercsi sec. Borbás in Ertekezések a természettudományok köreböl, apr. 1879, seors. impr. p. 29«. — Lin. 13 post »Oran!« adde »Bona!«.

58 (7). **L. thesioides.** Vol. I. p. 315 lin. 20 dele »— Eu. Sib.«.

58 (8). **L. Hyssopifolia.** Vol. I. p. 315 lin. 33 post »Forsk.« adde »!«

P. 316 lin. 23 post »limites« inseratur »in prov. Hannoverana occidentali: Dannenberg;«. Quid sit *L. Hyssopifolia* β *Kerneri* Janka (floribus in quavis axilla geminis) nescio.

60 (9). **L. Thymifolia.** Vol. I. p. 317 adde loca natalia: Lourdes! Haute Loire, prope Chadrac!

63 (12). **L. maritimum.** Vol. I. p. 320 lin. 5 post »Bogotá«, adde »in planitie alta 2700 m. alt.!«

64 (13). **L. lineare.** Vol. I. p. 320 lin. 9 post »Mchx.« adde »!« — Lin. 11 ante »Wts.« adde »Chapm. fl. South. Un. St. 134«.

Lin. 21 ante »rigidula« adde »saepe«. — Lin. 22 post »sublongiora« adde »v. breviora«. — Lin. 24 post »$3^1/_2$—5« adde »v. 6«.

Lin. 35 adde »Vera Cruz!«

65 (14). **L. album.** Vol. I. p. 320 lin. 37 adde »Hemsl. (!) biol. centr.-amer., bot. 447 (sine diagn.).« — Lin. 38 post »Bert.!« inseratur »1829, merc. Chil. 694 (Philippi cat. pl. vasc. Chil. 73).«

P. 321 lin. 1 post »Gay« adde »!«. — Lin. 4 adde »*L. alatum* Hemsl. prt. (!) 1880, biol. centr.-amer., bot. 447 (sine diagn.).«

Lin. 6 post »simile« inseratur »v. fruticulus«.

Lin. 24 dele »Wts.« et lege »AGr.«

Lin. 28 ante »in valle« dele »Mej.«. — Lin. 29 post »Salamanca (a)« adde »1800 m. alt.« et post »Coquimbo (b)« adde »*oct.*«.

67 (16). **L. acinifolium.** Vol. I. p. 322 lin. 11 adde »— *L. gracile* Hemsl. prt. (!) 1880, biol. centr.-amer., bot. 447 (sine diagn.). — *L. maritimum* Hemsl. prt. (!) ibid. 448 (sine diagn.).«

Lin. 31 ne legatur »7—3 mm.«, sed. »7—30 mm.«.

Lin. 35 adde »Huejutla *apr.!*« — Lin. 36 post »Orizaba (a et b)« adde »*sept.*«

68 (17). **L. gracile.** Vol. I. p. 322 lin. 39 adde »Hemsley prt. (!), biol. centr.-amer., bot. 447 (sine diagn.)«.

P. 323 lin. 13 adde »Monterey, Morales, sec. Wts. proc. amer. acad. arts and sc. XVII. 1882, p. 355; Guadalajara, in faucibus, 1000 m. alt. *nov.-apr.!*«

69 (18). **L. lanceolatum.** Vol. I. p. 323 lin. 20 ad synonymum *L. alatum* Hk. adde »Chapm. fl. South. Un. St. 134 (ex diagn.)«. — Lin. 20 ad synonymum *L. hyssopifolium* adde »A. Rich. 1845, in Ramon de la Sagra hist. fis. etc. de Cuba 2. parte, tomo 10. p. 253«.

P. 324 lin. 1 post »*aug.*« adde »*sept.*«. — Lin. 4 adde »Chiapas, sec. Wts. proc. Amer. acad. arts and sc. XVII. 1882, p. 355«.

70 (19). **L. alatum.** Vol. I. p. 324 lin. 9 post »Sims« adde »nec Hemsley«.

71 (20). **L. californicum.** Vol. I. p. 325 lin. 1 ne legatur »*Calif.*« sed »Calif.«.

72 (21). **L. Vulneraria.** Vol. I. p. 325 lin. 31 post »Mej.« adde »Prov. San Luis!«. — Lin. 32 post »Ayavesia!« adde »Regla 2000 m. alt. *jun.-oct.!* Oajaca: Misteca alta 2330 m. alt.!«

73 (22). **L. Salicaria.** Vol. I. p. 326 lin. 15 ante »*L. diffusum*« inseratur »Nomina a cl. Steudel 1821 (nomencl. p. 502) citata: *L. hexagonum* Opiz, *L. pubescens* Hortul. Gmel. H. C., verisimiliter huc referenda sunt«. — Lin. 21 adde »— *L. Bocconei* Durand descr. de quelq. pl. rares et crit. de France et de Suisse p. 2. — Varietates malas distinguunt cl. Borbás, Értekezések a természettudományok köreből, apr. 1879, seors. impr. p. 27, et cl. Pittier, soc. roy. de bot. de Belg., compt. rend. 1881, p. 65—71. — [Japonice: Sohaki, Sohaki siroo sec. Franch. et Savat.]«

Var. *α*. P. 326 lin. 26 adde »— *L. virgatum* Mq. 1866/67, prolus. fl. Japon. 149; Franch. et Savat. enum. pl. Jap. 1. 167 (sine diagn.). — [Japonice: Midzou agui (Tanaka) sec. Franch. et Savat.]«

P. 326 lin. 33 adde icon. japon.: Sô mokou zoussetz vol. 9 fol. 3 sec. Franch. et Savat.

Var. *α* intermedium subfrm. aa. anceps Koehne, Vol. I. p. 327. Vidi specimina glaberrima hujus subformae a cl. Hilgendorf e Japonia (Yedo) allata, quorum folia omnia *L. virgati* foliis omnino consimilia sunt. Quare specimina illa facile pro *L. virgato* haberi possent, nisi inflorescentiae omnino *L. Salicariae* nec L. *virgati* habitum exhiberent appendicesque multo longiores, pedicelli breviores, bracteae multo latiores quam in *L. virgato* essent. Sed ipsi mihi necesse erat specimina Hilgendorfiana juxta *L. virgati* exemplaria ponere, ut illa *L. Salicariae* adnumeranda esse certo affirmare possem.

P. 330 lin. 12 post »Kiusiu« adde »Chin-kiang in prov. Chinensi Kiang-su«.

De *Lythri Salicaria* distributione per Fenniam haec mihi scripsit cl. Wainio: »In parte meridionali et media Fenniae (usque ad 63° lat.) satis frequenter v. frequenter obvia, boream versus rarescit, sed usque ad 67° lat. progreditur. In parte meridionali prov. Ostrobotniae (64°—63° 30′) jam rara vel rarissima est, sed vicinitate Maris Botnici et fluminum Tornio et Kemi pluribus locis obvia usque ad circulum polarem (Rovanniemi 66° 30′ Raanajärvi 66° 40′, Pello 66° 50′). Etiam in viciniis Maris Albi usque ad circulum polarem rarissima progreditur (ad Keret 66° 15′, in Karelia Rossica et ad flumen Niva 67° 15′, in parte australi Peninsulae Lapponicae). In parte orientali Ostrobotniae et occidentali Kareliae Archangelicae jam locis multo magis meridionalibus deest, inventa tantum ad Ontojärvi in paroecia Kuhmo Ostrobotniae 64° 5′ et ad Luvajärvi in Karelia Archangelica 64° 30′«.

74 (23). **L. virgatum.** Vol. I. p. 331: Nomina formarum trium lege »*longifolium*«, »*genuinum*«, »*lancifolium*« nec »longifolia« etc.

L. Salicaria × virgatum. Vol. I. p. 332 ad synonymum *L. scabrum* Simk. adde »var. *semisalicaria* Borbás in Értekezések a természettudományok köréből, apr. 1879, seors. impr. p. 28.«

V. WOODFORDIA.

Vol. I. p. 333 lin. 12 ne legatur »1840« sed »1841«.

75 (1). **W. fruticosa.** Vol. I. p. 334 adde synonymum »*Lythrum*? *Hunteri* W. Hunt. As. Res. 4. 42 ex DC. prod. 3. 83.« — Lin. 9 post »Bl.« adde »Dhawry sec. W. Hunter«. — Lin. 12 post »336« adde »!«.

Lin. 16 adde: Folia interd. ad. 140 mm. longa, 40 mm. lata.

Lin. 31 ante »Johanna« adde »Anjouan *sept.!*« Post »Mayotte!« adde »Nossi-bé *nov.!*« Post »Rinianum« adde »!«. Post Juarezianum adde »*dec.!*« — Lin. 32 post »Tul.« adde »Beravi *jul.*«*!* Inter Antsahalaubé et Tananarivo 660—680 m. alt. in substr. granitico!«

76 (2). **W. uniflora.** Vol. I. p. 335 lin. 2 ante »foliosi« adde »plerumque«.

VI. CUPHEA.

Vol. I. p. 436 lin. 23 ne legatur »1828« sed »1830«.

Vol. I. p. 438 lin. 33 post »folia« adde rarissime paribus dissolutis sparsa«.

Lineae duae ultimae inde a verbo »Petala« deleantur et legatur:

»Petala	6. Calyx	densissime hispidus	351. *C. hispidiflora* +.
		hirtellus	96. *C. epilobiifolia.*
		cano-strigosus	352. *C. Buravii* +.
	4.		97. *C. tetrapetala.*«

Vol. I. p. 439 lin. 5 ante »circ.« adde »durante anthesi« et post parenthesin adde »post anthesin interdum (Nr. 118) breviora«. — Lin. 8 dele »breviss.« et lege »breviter (ad 3 mm.)«. — De lin. 14—16 delendis et de subsectione Lythrocupheopside (C. circaeoides) ante subsect. Balsamonellam inserenda cf. vol. III. p. 129.

Vol. I. p. 440. Sectionis **Euandrae** species nunc, collectionibus diversis praecipue Parisiensibus investigatis, multo melius disponere possum. Condenda enim est subsectio nova maxime naturalis ob specierum diversarum inter se proxime affinium rhizoma characteristicum. Dispositio nova est haec:

Subs. 1. Platypterus.

Series 1. 117. *C. campestris.* Series 2. 118. *C. strigulosa;* 119. *C. ingrata*; 120. *C. glutinosa;* 121. *C. acinifolia*; 122. *C. thymoides;* 123. *C. campylocentra.* Series 3. 124 [127][1]). *C. Urbaniana.*

Subs. 2. Hyssopocuphea.

125 [128]. *C. hyssopifolia;* 126 [129]. *C. Spruceana*; 127 [130]. *C. rubescens;* 128 [131]. *C. dactylophora;* 129 [132]. *C. cataractarum.*

Subs. 3. Pachypterus.

130 [133]. *C. polymorpha;* 131 [134]. *C. vesiculosa.*

---

1) Die eingeklammerten Nummern sind die, welche bisher (Vol. I. p. 440 seq.) gültig waren.

Subs. 4. Hilariella.

Series 1. 132 [135]. *C. Acinos;* 133 [136]. *C. disperma*; 134 [137]. *C. polymorphoides*; 135 [138]. *C. Pseudovaccinium:* 136 [139]. *C. reticulata;* 137 [140]. *C. diosmifolia;* 138 [142]. *C. sclerophylla.*

Series 2. 139 [153]. *C. linarioides;* 140 (154]. *C. linifolia.*

Subs. 5. Oidemation.

(Addenda p. 442 ante Sect. VII.)

Char.: Rhizoma tuberosum crassum, interd. ad 4 cm. diam.; caules annotini.

a. Staminis utriusque brevis anthera
- normalis: *b.* — *Series 1.*
- (etiam in alabastro) minutissima: *k.* — *Series 2.*

Series 1.

b. Folia
- ovata, oblonga, v. lanceolata et simul penninervia: *c.*
- anguste linearia, v. quando lanceolata simul uninervia sunt: *i.*

c. Petala 4 ventralia dorsalibus duobus
- $1/3$ v. multo angustiora simulque subbreviora. Ovula 7—22: *d.*
- vix $1/4$ v. haud angustiora: *e.*

d. Semina
- exalata. Folia
  - inferiora petiolis 10—16, raro 4—7 mm. longis insidentia. Ovula 11—22. — 141 [143]. *C. tuberosa***.
  - omnia petiolis ad summum 3 mm. longis insidentia. Ovula 7—10. — 142 [144]. *C. confertiflora***.
- circumcirca manifeste alata. Ovula 13. — 143 [124]. *C. stenopetala***.

e. Semina
- circumcirca v. interd. basi tantum alata. Ovula 7—20: *f.*
- exalata. Ovula 3—5, raro —6, rarissime —8: *g.*

f. Pedicelli
- $1\frac{1}{2}$—3 mm. longi. Planta tota canescenti-strigosa. — 144 [125]. *C. pterosperma***.
- 2—15 mm. longi. Planta haud canescenti-strigosa. — 145 [126]. *C. lysimachioides***.

g. Vesiculae infrastaminales
- manifestae. Pedicelli 5—20 mm. lg. — 146 [145]. *C. spermacoce***.
- nullae. Calyx
  - 10 mm. lg. Folia opposita. — 147 [146]. *C. excoriata*[1]) **.
  - 6—$8\frac{1}{2}$ mm. lg.: *h.*

h. Caules
- rufo-hirsuti. Folia ad 35—45 mm. lg. — 148 [147]. *C. ferruginea***.
- haud rufo-hirsuti. Folia 12—16 mm. lg., adpressa. — 149 [141]. *C. erectifolia***.

i. Folia
- plana. Ovula
  - 5—7. Species brasiliensis. — 150 [148]. *C. hyssopoides***.
  - 3. Species Floridae incola. — 151 [149]. *C. aspera.*
- usque ad nervum revoluta. — 152 [150]. *C. sperguloides***.

k. Folia margine
- plana, oblonga v. lanceol.-linearia. — 153 [151]. *C. retrorsicapilla***.
- valde revoluta, anguste linearia. — 154 [152]. *C. enneanthera***.

Vol. I. p. 442 lin. 44 dele »*C. circaeoides*« et lege »*C. prunellifolia*«.

Vol. I. p. 443 sursum versus lin. 2 post »6 multo minora« adde »v. 6 valde inaequalia duobus maximis«.

Vol. I. p. 444 lin. 2 dele »alterni: 97« et lege:

»alterni. Petala
- 6 parva subaequalia: 97. — *Subs. 4.*
- 4 parva, 2 maxima: 101. — *Subs. 5*«.

---

1) Von dieser Art sind die unterirdischen Theile noch nicht bekannt. Sie erscheint jedoch als so nahe mit *C. spermacoce* verwandt, dass sie wohl mit hier aufzunehmen ist.

Vol. I. p. 444 sursum versus lineae 12—13 deleantur et legatur:

»101. Petala { omnia 2 mm. longa v. duo dorsalia maxima: 101b. *Series 1.*
nulla v. minutissima subulata: 103. *Series 2*«.

Ibid. post **Subs. I. Erythrocalyx** Series 1 inseratur:

»101b. Lobi calycis { haud ciliati 353. *C. Baillonis* +«.
longe ciliati: 102.

Vol. I. p. 445 lin. 2: »207. *C. intermedia*« inseratur ut »series 4« post »214. *C. debilis*«. Ibidem lin. 6 dele »2—3plo« et lege »1 1/3—3plo«. Ibidem sursum versus lin. 5—6 deleatur et legatur:

»116. Rami { glanduloso-hispiduli v. hirtelli. 224. *C. ianthina.*
haud hispiduli scaberrimi. 225. *C. scaberrima.*
glabri v. parum puberuli laeves. 354. *C. Weddelliana* +«.

81 (5). **C. fruticosa.** Vol. I. p. 448 lin. 10 post »SH.« adde »!«. Lin. 23 post »SH.« adde »!«. Sursum versus lin. 9 dele »β« et lege »α, β, γ«.

82 (6). **C. racemosa** in Chile, cf. Meyen, in Nov. Act. Acad. Leopold.-Carol. naturae curiosor. XIX. suppl. I. 329 (citatur a cl. Philippi 1881, in cat. pl. vasc. Chil. p. 73).

Vol. I. p. 450 lin. 8 ante »Ecuador« adde «Bogotá (αb) 2660 m. alt.!«. — Lin. 11 post »*oct.!*« adde »Villarica (e, aa *oct.*)! Cosme (f) *mart.!*« — Lin. 12 post »*mart.*« adde »*maj.*«.

83 (7). **C. origanifolia.** Vol. I. p. 450 lin. 13 post »SH.« adde »!«. — Sursum versus lin. 17 dele »(= var. α SH.)«, lin. 14 post »γ. minor« adde »(= var. α. SH.!)«, et lin. 10 post »δ. gracillima« adde »SH.!«

P. 450 sursum versus lin. 4 post »S. Lucia« dele »sec. SH. (β);« et lege »(γ)!« — Lin. 3 ante »Uruguay« adde »Sierras Pampeanas, Sierra Ventana *febr.—apr.!*«

84 (8). **C. longiflora.** Vol. I. p. 451 lin. 3 dele »Verisim.« — Lin. 6 post »pubescentia« adde »v. subglabra«. — Lin. 7 dele »5—10« et lege »3—10«.

P. 451 lin. 16 adde »Donna Juana prope Villa Rica (a et b) *sept.!*«

Vol. I. p. 451 surs. vers. lin. 10 non lege »**Subs. II.**« sed »**Subs. 2**«.

88 (12). **C. utriculosa.** Vol. I. p. 452 surs. vers. lin. 19 post »rami gland.-hirtelli« adde »v. maxima ex parte glabrati«.

89 (13). **C. salicifolia.** Vol. I. p. 453 lin. 15 post »*sept.*« adde »*dec.!*«

90 (14). **C. multiflora.** Vol. I. p. 453 lin. 20 post »Sims« dele punctum.

91 (15). **C. denticulata.** Vol. I. p. 454 lin. 10 adde »folia interd. ad 22 mm. longa, 6 mm. lata«.

93 (17). **C. ciliata.** Vol. I. p. 455 lin. 16 dele »sec. Hemsl.« et lege »*jun.-oct.!*« Ante »Guaduas« adde »ad fl. Magdalena *mart.!*«

94 (18). **C. setosa.** Vol. I. p. 456 lin. 22 adde »disc. interd. ovatus«. Lin. 23 adde »ovula rarissime 6«.

Var. α. Lin. 25 adde »folia raro subglabra«.

Forma a. Adde »folia valde setosa«.

Forma b. Adde »folia interd. late lanceolata subglabra. Ovula interd. 6«.

P. 456 surs. vers. lin. 8 ante »Bogotá« adde »loco non indicato (α b)!«

Vol. I. p. 457 ante Nr. 96 (20) inseratur:

351 (151). **C. hispidiflora** n. sp.

Icon. Koehne atl. ined. t. 19. f. 351.

Fruticulus ramosissimus. Rami ramulique erecti, densissime foliosi, *pilis validis intense castaneis crispatis in duas series confertis quasi hispido-*

pubescentes, ceterum pilis tenuibus sursum valde adpressis incani. Internodia circ. 1 cm. longa v. paullo tantum longiora. — Folia opp., sess., suberecta, e basi longe cuneata *anguste lanceolata* (25—36 mm. : 4—6 mm.), acutiuscula, discolora, utraque pagina *pilis tenuibus sursum valde adpressis incana, praeterea margine atque in nervo medio et subtus et praecipue supra pilis validis castaneis, sursum adpressis ciliata.* — Racemi *ex toto pilis luride fulvis densissime hispidi;* pedicelli *1—2 mm. lg.*, prope basin prophylla minuta semiorbicularia carnosa subciliata gerentes; bracteae fugacissimae, 3 mm. circ. longae, rotundato-ovatae utrinque acutae, subtus apice excepto longe hispidae, supra glabrae. — Calyx (7—8 mm.) calcare vix 1 mm. longitudine superante subascendente munitus, fauce ampliata ascendens, intus infra stamina glaberrimus; *appendices lobis paullo tantum breviores*, crassiusculae, dorsales praesertim setosae. — Petala 6, calycis $^1/_3$ paullo superantia, subinaequalia duobus dorsalibus paullo majoribus subunguiculatis, obovata v. oblongo-obovata, subretusa v. subemarginata. — Stamina lineae rectae ins., episepala paene $^1/_2$ exserta, epipetala minus exserta duobus dorsalibus inclusis exceptis. — Ovarium oblique ovatum glabrum; stylus ejusdem 2plam longitudinem paullo superans, parce tenuiterq. hirtellus, longe exsertus. Discus e basi retusa ovatus, crassus, deflexus. Ovula circ. 6—8.

And. Columbia loco non indicato! (»Débris des collections de Mutis« ex sched.).

352 (152). **C. Buravii** n. sp. Inserenda post Nr. 96.

Icon. Koehne, atl. ined. t. 19. f. 352.

Fruticulus incanus. Rami *pilis rigidis crassis in duas series angustissimas confertis quasi hispidulo-pubescentes,* ceterum glabri. Internodia circ. centimetralia. — Folia *subsess.*, cuneata, *anguste lanceolata* (70—20 mm.: 4—8 mm.), acuta, *margine pilis crassis remotiusculis ciliata, ceterum glaberrima laeviaque;* nervus medius subtus vix fuscescens. — Racemi densi, numerosi. Rhachis pedicellique minutim strigoso-hirtelli, hi $1^1/_2$—3 mm. longi; prophylla ut in Nr. 351; bracteae fugacissimae, ovatae acuminatae, pilis longissimis paucis ciliatae. — Calyx (7—8 mm. calc. adj.) calcare $1^1/_2$ mm. longo ascendente simulq. subrecurvo instructus, fauce ampliata ascendens, *strigoso-incanus*, intus glaberrimus; *appendices brevissimae,* dorsales saepe seta brevi munitae. — Petala 6, calycis circ. $^1/_2$ aeq., 2 dorsalia obovata, 4 ventralia vix angustiora longioraque. — Stamina ut in Nr. 351. *Filamenta post anthesin ima basi singulari modo hinc incrassata, ita ut versus fructum refrangantur*[1]). — Ovarium et discus ut in Nr. 351, sed stylus glaberrimus. Ovula 8—10; funiculi ovulis fere duplo longiores. — Semina fere orbicularia, circ. 2 mm. lg.; testa circa marginem parum incrassata.

And. Columbia: Icononzo!

---

1) Dasselbe dürfte auch bei *C. epilobiifolia* (Nr. 96, Vol. I. p. 457) stattfinden. Früher habe ich diese Erscheinung übersehen.

98 (22). **C. arenarioides.** Vol. II. p. 136 surs. vers. lin. 9 post »SH.« adde »!«

101 (25). **C. mesostemon.** Ad locos natales adde: »Bolivia, prov. de la Laguna, Rio del Pescado *dec.!*, prov. S. Cruz *mart.!*«

102 (26). **C. rotundifolia.** Vol. II. p. 139. Ad iconem citatam »t. 20.« adde »et 19«. Ad descriptionem adde »caules interdum solitarii. Folia ad 20 mm. lg. Inflorescentia interdum panniculam caule iterum iterumque ramoso valde compositam, inflorescentiae *C. calophyllae* (Vol. II. p. 137 Nr. 100) similem sistit. Stamina interd. ad tubi $1/2$ ins. Stylus ovario interd. dimidio brevior«.

105 (29). **C. serpyllifolia.** Vol. II. p. 141 ad descriptionem adde: »Folia interd. ad 13 mm. longa, 6 mm. lata, superiore pagina saepius setulis conspersa.

Ad locos natales adde »Peruvia !«

106 (30). **C. microphylla.** Vol. II. p. 142 lin. 3 dele »Columbia« et lege »Ecuador«. Lin. 4 dele »Ecuador».

108 (31). **C. micrantha.** Vol. II. p. 142 surs. versus post »Columbia:« adde »ad fl. Meta!«, et verba »Cocollar *jul.-aug.!*« transpone post »Venezuela:«.

230 (150). **C. circaeoides (Subsect. 2^b. Lythrocupheopsis).** De hac subsectione et specie in vol. II. p. 143 post Nr. 110 inserenda cf. vol. III. p. 130.

111 (35). **C. Balsamona.** Vol. II. p. 143 adde synonyma »An *Lythrum carthagenense* Jacq. 1763, stirp. amer. hist. 148? (Annua erecta, $1/6$—$1/3$ m. alt.; caules teretes pilosique; folia opp., petiol., utrinq. attenuata, lanceol., acuta, scabriusc.; flores parvi, plerumq. solitarii, laterales; calyx pilosus; corolla purpurea; semina 4, subrotunda. In silvis umbrosis et humidiusculis. Am. cisaeq. Columbia: Cartagena). — *C. prunellifolia* SH. prt.! 1833, fl. Bras. mer. 3. 108 (90).«

P. 144 lin. 12 post Nolasco dele »sec. Hemsl.«; et lege »!« — Lin. 18 ante »Asuncion« adde »Bocaiaté prope Villa Rica *febr.!*«

114 (38). **C. elliptica.** Vol. II. p. 114 ad descriptionem adde »caulis interd. parce tantum glanduloso-hispidulus; discus interd. vix erectus; semina 2—$2^3/_4$ mm. lg.«

Ad locos natales post »Panama !« adde »Prov. Ocaña 1170 m. alt. *oct.!*«

116 (40). **C. aperta.** Adde synonymum »*C. Balsamona* SH. prt.! 1833, fl. Bras. mer. 3. 109 (91).«

Subs. 1. Platypterus emend. Vol. II. p. 147. Excludere nunc possum species Nr. 124—126 ad subsectionem novam *Oidemation* (cf. infra) referendas, quas speciebus praecedentibus non satis affines esse jam 1877 in Flora Brasiliensi (Lythraceae p. 263 obs. II) exposui. Cf. supra p. 394. — Ad sectionis characterem addenda sunt hae:

Herbae perennes (exc. forsan *C. campestri* annua) v. suffrutices v. fruticuli parvi. Rhizoma nunquam incrassatum. Petioli nulli v. breves, raro (Nr. 119) ad 6 mm. longi. Folia opposita, basi attenuata v. rarius (Nr. 118, 120, 122 interd.) rotundata. *Pedicelli 1—3 mm.*, raro sub calyce fructifero (Nr. 119, 120) ad 5 mm. longi. Calyx 6—9 mm., raro (Nr. 119, 123) ad 12 mm. longus. Discus horizontalis v. deflexus, nunquam erectus. Ovula 3—32.

117 (41). **C. campestris.** Vol. II. p. 147 e speciminibus plerisque a me visis annua est.

118 (42). **C. strigulosa** subsp. **nitens.** Vol. II. p. 148: Folia interd. 15—20 mm. tantum longa. Ovula raro 7.

Ad locos natales adde »Columbia: Turban *sept.!*« Ante »Ibague« adde »prov. Mariquita:« Post »Guayaquil!« adde »in silvis inter Guaranda et Bodegas *nov.!*«

119 (43). **C. ingrata.** Vol. II. p. 148: Species *Cupheae Warmingii* (Nr. 195) satis affinis videtur. — Post »SH.« adde »!«

Forma a. grandifolia; post »SH.« adde »!«

P. 148 surs. vers. lin. 10 lege »Ubá!« nec »Ubá sec. SH.«

122 (46). **C. thymoides.** Vol. II. p. 149: post »SH.« adde »!« Sub synonymis lege »Schüch« nec »Schuch«.

127 (51). **C. Urbaniana.** Vol. II. p. 152 lege »Brasiliensium« nec »Brasiliensum«.

133 (57). **C. polymorpha.** Vol. II. p. 155 post »SH.« adde »!«

Ad descript. adde »Rhizoma repens elongatum tenue lignosum«.

Var. β. oxycoccos. Post »SH.« adde »!« Post »pilis rufis rarioribus« adde »v. nullis«. Folia oblongo-lanceolata v. fere linearia (16—20 mm.: 4—4$^1/_2$ mm.).

Ad locos natales adde »S. Paulo (β)!«

Subs. 4. Hilariella emend. Vol. II. p. 156. Excludendae sunt species Nr. 141 et 143—152, ad subsectionem novam *Oidemation* (cf. infra) referendae. Cf. supra p. 395. — Char. reform.:

Suffrutices v. fruticuli; rhizoma tuberosum nunquam adest. *Petioli nulli v. subnulli.* Folia opposita v. terna v. subsparsa, basi rotundata v. obtusa v. haud raro acuta, *floralia a ceteris parum diversa. Pedicelli 1—5 mm., in Nr. 153 et 154 tantum 3—16 mm. longi.* Calyx 5—10 mm. lg. Discus nunquam erectus. *Ovula 2—6, in Nr. 153 et 154 tantum —12.*

135 (59). **C. Acinos.** Vol. II. p. 156 post »SH.« adde »!«

P. 157 lin. 5 lege »*nov.!*« nec »nov. sec. SH.;«

138 (62). **C. Pseudovaccinium.** Vol. II. p. 157 post »SH.« adde »!«

P. 158 lin. 1 post »SH.« adde »!« Lin. 7 lege »Tapanhuacanga (α)!« nec »Tacanhuacanga (α) sec. SH.;«

153 (77). **C. linarioides.** Vol. II. p. 162 post »SH.« adde »!«

Var. α. communis. Post »SH.« adde »!«

Sub locis natalibus post »Sertão« lege »(α, β)!« nec (β)!« Adde etiam »Corrientes (δ?) *jun.!*«

154 (78). **C. linifolia.** Vol. II. p. 163 adde »Rami interd. glanduloso-hispiduli.« Distinguendae sunt varietates duae:

Var. α. linifolia SH.! Rami glabri. Folia parva (ad 8 mm.) subteretia.

Var. β. Hervita SH.! Rami glanduloso-hirtelli v. -hispiduli. Folia caulina ad 12 mm. longa, linearia, plana.«

Vol. II. p. 163 post Nr. 154 inseratur:

Subs. 5. Oidemation.

Subsect. *Platypterus* prt. et subsect. *Hilariella* prt. Koehne Engl. Bot. Jahrb. II. 147 et 156.

Rhizoma tuberosum crassum v. crassissimum, ad 4 cm. interd. diam.; caules annotini. Petioli subnulli v. —3 mm., in Nr. 143 tantum inferiores 4—16 mm. lg. Folia opposita v. multo saepius 3na—4na, rarius sparsa,

basi obtusa v. rotundata v. subcordata v. multo rarius acuta. Pedicelli in plerisque speciebus elongati, $1^1/_2$—20 mm. longi. Calyx 6—13 mm. lg. Discus nunquam erectus. Ovula 3—22.

Huc pertinent species 14 sequentes, de quarum dispositione cf. supra p. 395.

Series 1. Antherae omnes normales.

143 (67). **C. tuberosa.** Vol. II. p. 159. Petioli inferiores interdum 4—7 mm. tantum longi. Calyx 8—11 mm. lg.

In pratis humidis. Bras. extr. Paraguay: Borja, inter Villa Rica et Caaguazu *oct.!*

144 (68). **C. confertiflora.** Vol. II. p. 159. Post »SH.« adde »!« Folia interd. utrinq. ex toto hirtello-strigosa setisque conspersa.

Paraguay: Villa Rica *oct.!*

124 (48). **C. stenopetala.** Vol. II. p. 150. P. 151 adde: »Folia superiora saepe magis linearia. Calyx glanduloso-hispidulus«.

125 (49). **C. pterosperma.** Vol. II. p. 151. Folia ad 60 mm. lg., 16 mm. lata. — Post »Paraguay« adde »Villa Rica *oct.!*«

126 (50). **C. lysimachioides.** Vol. II. p. 151. Post »SH.« adde »!«

Rhizoma ad 4 cm. diam. Folia in forma b. interd. 28 mm. lg. v. minora.

Locis natalibus adde »Paraguay: Itangu prope Villa Rica, ad paludum margines (b) *febr.!* Villa Rica (b) *oct.!*«

145 (69). **C. spermacoce.** Vol. II. p. 160.

146 (70). **C. excoriata.** Vol. II. p. 160.

147 (71). **C. ferruginea.** Vol. II. p. 160.

141 (65). **C. erectifolia.** Vol. II. p. 158.

148 (72). **C. hyssopoides.** Vol. II. p. 161. Folia $6^1/_2$—1 mm. lata, nec »$6^1/_2$ mm.«

149 (73). **C. aspera.** Vol. II. p. 161.

150 (74). **C. sperguloides.** Vol. II. p. 162. Pedicelli 7—17 mm. lg.

Series 2. Staminis utriusque brevis anthera minutissima obsoleta. Calyx 6—8 mm. lg.

151 (75). **C. retrorsicapilla.** Vol. II. p. 162. Rhizoma ad 2,3 cm. diam.

Ad locos natales adde »Inter Goyaz et Cuiabá *nov. dec.!*«

152 (76). **C. enneanthera.** Vol. II. p. 162.

Sect. VII. Nr. 157 (81). **C. antisyphilitica.** Vol. II. p. 164 post synonymum »*C. acutissima* SH.« adde »!« — Caules 20—70 cm. longi. Folia plerumque scaberrima.

Ad locos natales adde »Venezuela: Caracas, S. Sebastian!, distr. Upata, prope Mérécuré!« — Post »Paulopolin versus *oct.*« lege »!« nec »sec. SH.«

163 (87). **C. ramulosa.** Vol. II. p. 167 lin. 1 ante »glaberrima« lege »supra« nec »subtus«.

164 (88). **C. sessilifolia.** Vol. II. p. 167. Post »Mart.« adde »!« — Folia ad 22 mm. longa.

165 (89). **C. ericoides.** Vol. II. p. 167. — Var. α: post »SH.« adde »!« Folia adpressa, ad 6 mm. lg.

Var. β: post »SH.« adde »!« Folia ad 5 mm. lg. Calyx 6 mm. lg.

Var. γ: post »SH.« dele »[1])« et adde »!« Dele etiam adnotationem. Descriptioni adde »Folia ad 12 mm. lg., Calyx 7 mm. lg.«

P. 168 lin. 1 post »Itambé« adde »(α)!« — Post »adamant.« lege »(β) *sept.!*« nec »*sept.* sec. SH.« — Lin. 2 post »Rey« lege »(γ) *febr.!*« nec »*febr.* sec. »SH.«

169 (93). **C. prunellifolia** SH. emend.! De nomine »C. circaeoides« vol. II. p. 169 delendo cf. vol. III. p. 129.

175 (99). **C. angustifolia.** Vol. II. p. 171. Petioli rarissime 6 mm. longi. Folia inferiora raro ad 28 mm. lata.

179 (103). **C. lanceolata.** Vol. II. p. 174. Synonymis var. α adde »*C. lanceolata* D. Don in Sweet the brit. flow. gard. 2. ser. 4. t. 402.« — Post iconem Sweetianam lege »4. t. 402!« nec. »5. t. 402;«

P. 175 lin. 2 adde »San Luis Potosi, in montibus Morales; Guanajuato, sec. Watson proc. amer. acad. arts and sc. XVII. 1882, 355.«

181 (105). **C. calcarata.** Vol. II. p. 175 post »Bth.« adde »!«

187 (111). **C. lobophora.** Vol. II. p. 398. Pedicelli —6 mm. longi. Foliorum calycisque pili retrorsum versi. Petala 4 ventralia interd. subacuminata. Ovula 7—10.

188 (112). **C. squamuligera.** Vol. II. p. 399 lin. 12 dele »sec. Hemsl.« et lege »*jun.-oct.!*«

190 (114). **C. micropetala.** Vol. II. p. 400 post »H. B. K.« adde »!«

P. 401 lin. 15 post »Oajaca« adde »reg. temperata«.

192 (116). **C. Melvilla.** Vol. II. p. 402 surs. vers. lin. 16 post »Rio Claro« dele »sec. SH.« et lege »!« — Lin. 14 post »Docé!« adde »Rio de Janeiro!«

193 (117). **C. cuiabensis.** Vol. II. p. 402. Adde »Mato Grosso: prope Diamantina ad fontes fl. Paraguay *dec.!*«

Series 2. Vol. II. p. 403 lin. 1 adde »ramuli floriferi rarissime ad 7—14 cm. longi«.

194 (118). **C. paradoxa.** Vol. II. p. 403 locis natalibus adde »Caracas, S. Sebastian!«

Subs. 5. Erythrocalyx. Vol. II. p. 406 characteri subsectionis adde:

»In specie unica calycis lobi haud ciliati; differt haec species a subsectione 3. et 4. (Vol. II. p. 401 et 403) petalis maxime inaequalibus, a subs. 1. et 2. (Vol. II. p. 399 et 400) ovulis 8.«

Series 1. Ibidem lin. 8 adde »Calyx intus plerumque retrorsum hirtus, raro glaberrimus.«

Vol. II. p. 406 deleantur lin. 11—12 et inseratur ibidem:

353 (153). **C. Baillonis** n. sp.

Icon. Koehne atl. ined. t. 44. f. 353.

Rhizoma ignotum. Caulis ascendens, inferne parce ramosus, ramis ascendentibus, ut rami gracilis, infra nodos compressus, *maxima ex parte glaberrimus*, basi tantum hinc parce pubescens. — Folia (inferioribus exceptis) internodiis breviora, *opposita*, petiolis 1—2 mm. longis insidentia, basi obtusa v. rotundata, *lanceolata v. nonnulla oblonga* (37—52 mm. : 6—11 mm.), acuta, glabra, supra scaberrima, subtus laevia, rigidula, nervis venisque subtus prominentibus reticulato-venosa. Folia floralia sensim sed celeriter decrescentia (infima circ. 30 cm. lg.), caulinis consimilia. — Racemus *foliosus laxus* simplex (an semper?); flores alterni; pedicelli (8—

10 mm.) interpetiolares, *dorso minutim puberuli,* vix infra apicem prophylla parva lanceolato-subulata gerentes. — Calyx (20—22 mm. calc. adj.) rubro-coloratus, calcare circ. 3 mm. longo subincurvato obtusissimo munitus, dorso subconvexus, fauce ampliatus et plicatus, *intus infra stam. glaberrimus v. fundo parum villosiusculus;* lobi breves triangulares, *margine minutissime ciliolati;* appendices subnullae. — Petala omnino ut in *C. heterophylla* (Nr. 201). — Stamina ad tubi $^5/_6$ ins., episepala lobos circ. $1\,^1/_2$ mm. superantia, epipetala eosdem aequantia duobus dorsalibus multo brevioribus exceptis. — Ovarium augustum *glaberrimum;* stylus ovarii 2plam longitudinem paullo superans. *Discus e basi profundissime bipartita cordato-ovatus deflexus* apiceque recurvus, crassus. Ovula 8.

In pinetis. Mej. Prov. Oajaca ad fines regionum temperatae et frigidae *maj.!*

205 (129). **C. Liebmannii.** Vol. II. p. 409 lin. 16 adde »Prov. Oajaca!«

206 (130). **C. aequipetala.** Vol. II. p. 410 lin. 20 ne legatur »cetera« sed »altera«.

P. 411 lin. 18 ante »Sierra« adde »In San Miguelito montibus sec. Watson in proc. Amer. acad. of arts and sc. XVII. 1882, 355«. — Lin. 19 post »Nolasco« dele »sec. Hemsl.;« et lege »!« — Lin. 20 post »2330 m. alt.« dele »sec. Hemsl.« et lege »*aug.-nov.!* Guanajuato sec. Hemsl.«

207 (131). **C. intermedia.** Vol. II. p. 411 est forsan melius post Nr. 214 (Vol. II. p. 415) ut series 4 inserenda.

211 (135). **C. Bustamanta.** Vol. II. p. 413. Descriptioni adde »Arbuscula sec. cl. Ghiesbreght in sched.«

P. 414 lin. 17 dele »sec. Hemsl.« et lege »*jul.-aug.!*«

Vol. II. p. 415 post Nr. 214 forsan melius ut series 4. inserenda est **C. intermedia** Hemsley (vol. II. p. 411 Nr. 207).

215 (139). **C. nitidula.** Vol. II. p. 416. Descriptioni adde: Folia ad 106 mm. longa, 59 mm. lata. — Vidi specimen a cl. Botteri (sub n. 631) collectum, in quo calycis alae duae interiores paene obsoletae sed pilosae erant. Inde affinitas *C. intermediae* Hemsl. cum *C. nitidula* patet.

221 (145). **C. Hookeriana.** Vol. II. p. 420. Synonymis adde »*C. Roezlii* Carrière 1877, revue horticole 469; la Belg. hortic. 28 (1878). 137; Gard. Chron. 1877, vol. 8. 778.« — Iconibus adde »Rev. hortic. 1877, p. 469 cum tab. color.!«

223 (147). **C. dipetala.** Vol. II. p. 423 lin. 15 post »Tequendama« adde »2000—2500 m. alt.!«

224 (148). **C. ianthina.** Vol. II. p. 423. Descriptioni adde »Petala 4 ventr. calycis $^1/_4$—$^1/_3$ paene aequantia oblonga v. multo minora (2 mm. lg.) lanceolata«.

Locis natalibus adde »Bolivia: Prov. Larecaja et Caupolican, in vallibus inter Tipoani et Apolobamba *maj.!*«

354 (154). **C. Weddelliana** n. sp. Inseratur Vol. II. p. 424 post Nr. 225.

Icon. Koehne atl. ined. t. 47. f. 354.

Fruticulus ad 30 cm. alt. Caules ramique ex parte suberecti, ex parte subdecumbentes, tenues, *hinc puberuli, nullo modo scabri.* — Folia *opposita,* petiolis ad summum 1 mm. longis insidentia, *e basi obtusissima oblonga* (3—10 mm. : $1\,^1/_3$—3 mm.), acutiuscula, *vix subcoriacea*, opaca, juniora minutim strigulosa, vetustiora mox glabrata et *omnino laevia,*

margine tantum et in nervo subtus pilis brevibus rigidis subadpressis parcis scabra; nervi laterales parum conspicui. — Flores in racemis foliosis solitarii; pedicelli ($1\frac{1}{2}$—*5 mm.*) *interpetiolares*, dorso puberuli, prope apicem proph. minuta ovata gerentes. — Calyx (12—16 mm. calc. adj.) sat gracilis, calcare 2—4 mm. longo recto v. vix ascendente obtusissimo munitus, *puberulus et interd. parce brevissimeque glanduloso-hirtellus*; appendices subnullae. — Petala 6 valde inaequalia: *2 dorsalia calycis* $^2/_3$ *aeq. v. superantia*, *subunguiculata*, *subrectangulo-rotundata; 4 ventralia lobis duplo longiora, obovata.* — Stamina ad tubi $^3/_4$ v. paullo altius inserta, *episepala lobos aeq. v. parum superantia*, epipetala sinus aeq. — Ovarium angustum, glabrum; stylus ovarii circ. $1\frac{1}{2}$plum aeq., glaberrimus. Discus ovato-subcordatus deflexus. Ovula 15—18. — Semina ignota.

And. Bolivia: prov. Yungas *dec.!*

VII. PLEUROPHORA.

226 (1). **P. anomala.** Vol. II. p. 426. Descriptioni adde »Petala 4 ventralia dorsalibus interd. dimidio breviora«.

P. 426 lin. 18 lege »jun.!« nec »sec. SH. *jun.;*« Praeterea adde »Bolivia: prov. Chiquitos *sept.-oct.!*«

230 (5). **P. pungens.** Vol. II. p. 428 surs. vers. lin. 10 post »Hk. Arn.« adde »!«

VI. CUPHEA, Addenda.

169 (93). **C. prunellifolia.** Vol. III. p. 129 post »SH.« adde »emend!«

XIII. PEMPHIS.

232. **P. acidula.** Vol. III. p. 133 locis natalibus adde »Lincoln Island, insul. Paracelsi, in mari australi-chinensi sec. Hance journ. of bot. 1882, 261.«

IX. DIPLUSODON.

233 (1). **D. virgatus.** Vol. III. p. 134 surs. vers. lin. 9 post »SH.« adde »!« — P. 135 lin. 7 adde »Bras. centr.: Salinas *maj.-jul.!*«

236 (4). **D. Kielmeyeroides.** Vol. III. p. 135 surs. vers. lin. 10 post »SH.« adde »!« — Iconibus adde »Koehne atl. ined. t. 51. f. 236.« Descriptioni adde »Folia 22—35 mm. lata, minutim densissimeque nigro-punctulata; nervi laterales utrinsecus 10—14, in sicco utraq. pag. prominuli, medius latissimus, subtus basi $2\frac{1}{2}$ mm. latus. Bracteae 27—10 mm. longae, 8—4 mm. latae, v. minores; pedicelli 1—$2\frac{1}{2}$ mm. lg. Calyx 7—8 mm. lg.; lobi tubum paene aequantes; appendices brevissimae patulae v. omnino nullae. Stamina lobos vix superantia.«

Sub locis natalibus dele »Goyaz sec. SH.« et lege »Goyaz!«

237 (5). **D. ramosissimus.** Vol. III. p. 136 lin. 2 post »SH.« adde »!« — Lin. 7 ne legatur proph. tubi $^1/_2$ aeq.« sed »prophylla tubi $^1/_2$ longe non aequantia«. — Lin. 12 dele »sec. SH.;« et lege »!«

Vol. III. p. 137 lin. 3 deleatur et legatur:

»* Appendices manifestae (Nr. 240, 241, 355).

o Folia haud pruinosa. Pedicelli 2—14 mm. longi. Prophylla calycem haud superantia (240, 241)«.

Ibidem post Nr. 241 inseratur:

»oo Folia pruinosa. Pedicelli circ. 37 mm. lg. Proph. calycem valde superantia (355).

355 (42). **D. longipes** n. sp.

Icon. Koehne atl. ined. t. 53. f. 355.

Glaberrimus *pruinosus*. Caules (circ. 40—70 cm.) annotini, parce ramosi, basi subteretes lineisque prominentibus 4 notati, apice infra nodos valde compressi. Internodia infima tantum foliis paullo longiora, cetera circ. $^1/_4$—$^1/_3$ breviora. — Folia opposita, circ. 5 mm. late sessilia, basi obtusissima, *late ovata* (pleraque 48—57 mm. : 30—40 mm., floralia paullatim ad 35 mm. longit. decrescentia), verisimiliter purpurascentia, *minutissime densissimeque* (cocta pellucide) *punctulata;* nervi utraque pagina prominuli, laterales utrinsecus circ. 3 e basi, 2—3 e nervo medio orti, margine confluentes. — Flores in caulis parte superiore solitarii; *pedicelli circ. 57 mm. lg.*, 2 mm. infra apicem *prophylla maxima, ad 23 mm. longa, 12 mm. lata, calycem abscondentia,* subcymbiformia gerentes. — Calyx (*12—13 mm.*, fauce circ. 8 mm. diam.) subturbinato-campanulatus; *lobi tubi circ.* $^1/_4$ *aequantes; appendices lobis paullo longiores, erectae,* lineari-subulatae. — Petala ad 25 mm. longa, 15 mm. lata, obov.-obl. — Stamina *17, appendices aequantia.* — Ovarium depresso-globosum. Ovula circ. 50. Dissepimenta sat angusta.

Bras. extr. Brasilia centralis: Sertão d'Amaroleité *sept.-oct.!*«

Vol. III. p. 139 lin. 2 dele »C.« et lege »D.«

Vol. III. p. 140 lin. 23 dele »251,256« et lege »252,257«.

252 (20). **D. helianthemifolius.** Vol. III. p. 140. Folia interd. ad 32 mm. longa, 19 mm. lata.

263 (31). **D. divaricatus.** Vol. III. p. 144 surs. vers. lin. 11 dele »Var. β« et adde »!« post »*D. divaricatus* SH.« — Praeterea deleantur (surs. versus lin. 1—3) varietates α et β; congruit enim β omnino cum α e speciminibus a. cl. St. Hilaire collectis in quibus etiam prophylla ut in typo calyce multo breviora sunt.

P. 145 lin. 2—3 dele omnes »(α)« et »(β)« et lin. 3 lege »*maj.!*« nec »maj. sec. SH.«

265 (33). **D. microphyllus.** Vol. III. p. 145 post synonymum »F. villosula Mart. hb.!« adde »prt.«

Vol. III. p. 145 surs. vers. lin. 9 adde »Rarissime folia nonnulla nervis utrinsecus 3 munita.«

266 (36). **D. incanus** Var. β. Vol. III. p. 146. Folia rarissime nonnulla nervis utrinsecus 3 munita.

268 (36). **D. capitatus.** Vol. III. p. 146 post »SH.« adde »!« Post synonyma adde: »**Icon.** Koehne atl. ined. t. 60 f. 268.«

Haec species multo magis *D. thymifolio* (cujus forsan varietas) quam *D. microphyllo* affinis. Descriptio corrigenda:

»Rami dense albideque pubescenti-hirtelli (nec apice subhirsuti). Folia utrinque acuta, ovata (10—12 mm. : 4—6 mm.), supra minutissime, subtus minutim sed in nervis longius strigoso-hirtella. Flores apice approximati. Prophylla ciliata, ceterum ut calyx vestita. Calyx minutim

denseque albido-hirtellus, lobi vero glabriores quam tubus; appendices lobis paene duplo longiores, ciliatae. Stamina 18«.

Lin. 8 lege »*jun.!*« nec »*jun.* sec. SH.«

PHYSOCALYMMA.

274. **P. scaberrimum.** Vol. III. p. 149 locis natalibus adde »Rio Tocantins (b)! «

LAFOENSIA.

275 (1). **L. nummulariifolia.** Vol. III. p. 150 post »SH.« adde »!« Surs. vers. lin. 10 dele »jan. sec. SH.« et lege »*jan.!*«

276 (2). **L. Vandelliana.** Vol. III. p. 151 synonymo »*L. Kielmeyeraefolia* SH.« adde »prt. (nempe quoad specimina Gaudichaudiana in campis Santa Rosa collecta).«

277 (3). **L. Pacari.** Vol. III. p. 151 post »SH.« adde »!«

P. 152 lin. 23 dele »sec. SH.« et lege »!«

280 (6). **L. densiflora.** Vol. III. p. 153 adde synonymum »*L. Kielmeyeraefolia* SH.! prt.; saltem specimen a cl. St. Hil. prope praedium Bomfim in prov. Rio de Janeiro collectum huc referendum videbatur.«

P. 154 lin. 3 inter »Bras.« et »extr.« inseratur »tr. et«.

282 (8). **L. punicifolia.** Vol. III. p. 154 locis natalibus adde »Venezuela: Caracas, Minca! — Bras. extr. Bolivia: Prov. de Chiquitos, cercanía de la Peva!«

XII. CRENEA.

286 (2). **C. surinamensis subsp. 2.** Vol. III. p. 321 locis natalibus adde: »prov. Cauca, Porto Buenaventura!«

XIII. NESAEA.

Vol. III. p. 322 surs. vers. lin. 2 dele »semper erectae« et lege »erectae exc. in Nr. 295«.
Vol. III. p. 323 lin. 16 post »Dichasia sessilia« adde »v. subsessilia«.

295 (9). **N. pedicellata.** Vol. III. p. 329 surs. vers. lin. 16 dele »(Non vidi)« et adde:

»**Icon.** Koehne atl. ined. t. 73. f. 295«. — Descriptioni adde:

»Glaberrima. Caulis (8—50 cm.) saepe ex nodis infimis paucis approximatis radicans. — Folia basi acuta v. obtusa, 6—42 mm. lg., 2—15 mm. lata, apice obtusiusc. v. obtusa. — Dichasia pleraque 3—5flora, nonnulla ad 10-flora; pedunculus communis (id est pedicelli floris medii pars infra prophylla sita) $1/2$—$2\,1/2$ mm., raro in dichasiis nonnullis inferioribus 6—12 mm. lg.; pedicelli peculiares $2\,1/2$—8 mm. lg., prophylla subulata v. fere lanceolata vix 1 mm. aequantia basi v. paullo supra basin gerentes. — Calyx (2—$2\,1/2$ mm.) campanulatus, fructifer fere semiglobosus v. urceolato-semiglob.; lobi tubi vix $1/5$ aeq.; appendices lobis vix breviores. — Stamina 8, episepala duab. tertiis partib. supra tubum exserta, epipetala illis fere $2/3$ breviora, lobos aeq., illa ad tubi $1/4$, hae ad $1/3$ ins. — Ovarium ellipsoideum biloculare; stylus ejusdem 4plam longitudinem aequans, stamina superans. — Capsula globosa. Semina creberrima, parva, subglobosa hinc complanata«.

Locum natalem lege ita: »Af in paludibus. Sud. Sansibar *sept.-nov.!*«

296 (10). **N. triflora.** Vol. III. p. 330. Pedunculi ad 40 mm. longi. — Mad. Ste. Marie!

298 (12). **N. floribunda.** Vol. III. p. 331. Caulis 6—60 cm. lg. Folia internodiis plerumque longiora, interd. obovata. — Locis natalibus adde »Mossambique!«

300 (14). **N. cordata.** Vol. III. p. 332. Folia interdum villosiuscula. — Sub locis natalibus dele »Niger sec. Hiern«; et lege »Niger, Borgu!«

301 (15). **N. linearis.** Vol. III. p. 333. Folia interd. basi acuta. — Locos natales lege »Af. ad paludes arenosas. Mossambique! Sambesi sec. Hrn. — Mad.!«

306 (20). **N. longipes.** Vol. III. p. 335 surs. vers. lin. 3 post »Parras« inseratur »in prov. mexicana Coahuila«.

309 (23). **N. Robertsii.** Vol. III. p. 337 loco natali adde »in col. Queensland $21\frac{1}{2}^0$ lat. mer.«

XIV. HEIMIA.

314 (1). **H. salicifolia.** Vol. III. p. 340 locis natalibus adde »Mejico: S. Luis Potosi!, Guadalajara 1000 m. alt.!, Zimapan 2160 m. alt. *aug.* — Bolivia: prov. Santa Cruz!«

315 (2). **H. myrtifolia.** Vol. III. p. 340 surs. vers. lin. 10 post »SH.« adde »!«

XV. ADENARIA.

Vol. III. p. 344 characteribus adde: »Petala interd. lutea (in speciminibus mexicanis). Stamina $\frac{1}{2}$ v. etiam magis exserta. Folia etiam pagina superiore punctata«.

318. **A. floribunda.** Vol. III. p. 345 post formam c. adde:

Var. β. parvifolia Koehne. Habitu a formis ceteris valde distincta, an species diversa? — Rami apice pubescentes. — Folia *petiolis vix 1 mm. longis* insidentia, *utrinque acuta neque acuminata*, lanceolata (*omnia 25—40 mm. : 5—9 mm.*), interd. apice obtusiuscula, quasi pulverulento-puberula, supra versus marginem purpurascentia. — Dichasia *pauciflora, sessilia; pedicelli 2 mm. longi v. breviores*, puberuli. — Fructus 3—$3\frac{1}{2}$ mm. longi, pallide flavidi.

Locis natalibus adde p. 345 lin. 14: »Mej. Oajaca 1000 m. alt. (c)!« — Lin. 16 post Guayaquil adde »(a, b et c) *nov.!*« — Lin. 19 adde »prov. Bogotá, ad fl. Meta 200 m. alt. (c)!« — Lin. 21 adde »Bolivia: prov. Larecaja et Caupolican in vallibus inter Tipoani et Apolobamba, ad fl. Masion (β) *maj.!*, prov. Yungas (a) *dec.!*, prov. Yuracares!, prov. Tomina in dep. Chuquisaca (b) *dec.!*«

XVIII. TETRATAXIS.

Vol. III. p. 346. Descriptioni adde: »Calycis alae ad 3 mm. latae. Racemi axillares, maxime abbreviati *umbelliformes* (ut in *Ginoriis* pluribus), 2—4 flori; florum bracteas non vidi; prophylla vidi sterilia tantum.

XIX. GINORIA.

323 (4). **G. glabra.** Vol. III. p. 349 surs. lin. 14 lege »Clavellina« nec »Cavellina«.

XX. LAGERSTROEMIA.

Vol. IV. p. 15 lin. 12 lege »16« nec »15«; lin. 16 lege »14« nec »13«; lineae 17—23 deleantur et ita legatur:

»14. Lobi calycini intus { glaberrimi: 15.
{ supra medium tomentosi: 15b.

15. Calyx { leniter costatus, costis aequalibus. 343. *L. tomentosa.*
{ manifeste costatus, costis alterne valde inaequalibus. 356. *L. anisoptera* +.

15b. Petala { e r o s o - c i l i a t a. 344. *L. Loudoni.*
{ haud eroso-ciliata: 17«.

329 (3). **L. indica.** Vol. IV. p. 20 adde locum natalem »Tokio *sept.!*«

340 (14). **L. speciosa.** Vol. IV. p. 28 synonymo »*L. Flos Reginae* Retz.« adde »F. v. Müller 1882, fragm. phyt. Austr. 12. 20«.

Vol. IV. p. 32 post Nr. 343 adde:

Ib. *C a l y c i s l o b i i n t u s g l a b e r r i m i.* Alabastra brevissime, sed m a n i f e s t e a p i c u l a t a 12-c o s t a t a *c o s t i s a l t e r n e v a l d e i n a e q u a l i b u s*, a p i c e v e r o o m n i n o d e f i c i e n t i b u s. (Nr. 356.)

356 (22). **L. anisoptera** n. sp.

Icon. Koehne atl. ined. t. 87. f. 356.

Arbor mediocris. R a m i hornotini teretes, *glabri* v. pube minutissima vix conspicua parce conspersi. *Gemmae ad 8 mm. longae*, cataphyllis obtectae, ochraceo-tomentosae. — F o l i a subopp., petiolis 3—4 mm. longis glaberrimis crassis insidentia, ad insertionem callo semilunari arguto cincta, basi rotundata, *late elliptica* (150 mm. : 70 mm.), apice . . . .?, coriacea, *glaberrima* (an juniora tomentosa??); *nervi laterales validi*, utroque latere circ. 10—11, interjectis venis tenuissimis dense reticulatis. Stipulas deciduas non vidi. — P a n n i c u l a e terminales et simul prope apicem laterales, circ. 40 cm. lg., 22 cm. diam., pilis ramosis (sub lente minus valida stellatis) *dense ochraceo-tomentosae*, inferne euphyllis minus tomentosis, circ. 30—20 mm. longis interruptae. Bracteas fugacissimas non vidi; pedicelli peculiares brevissimi v. sub flore dichasii cujusvis medio ad 7 mm. longi. Flores 5—6meri. Alabastra e basi subturbinata subglobosa apice sat depressa, *brevissime sed manifeste apiculata, usque ad apicem subdepressum nulloque modo sulcatum 12-costatus, costis alterne valde inaequalibus.* — C a l y x (8 mm.) subturbinatus, ochraceo-tomentosus; tubus 10—12-plicatus, intus areis 10 v. 12 prominentibus notatus; *plicae costas imitantes episepalae obtusae nulloque modo alatae, epipetalae ala fere 1 mm. lata instructae;* lobi patuli v. erecto-patuli, *intus glaberrimi* et in sicco nigri, tubi circ. $1/2$ aequantes; appendices nullae. — P e t a l a, unguiculo 2 mm. longo tenui adjecto, 19 mm. lg., orbicularia, undulata, ex sicco violacea. — S t a m i n a circ. 35—60, ad tubi circ. $1/4$ ins.; epipetala 6—9na ima basi fasciculatim cohaerentia, filamentis tenuissimis, circ. $1/2$ exsertis; episepala solitaria, illis haud longiora, *filamentis vero manifeste crassioribus imaque basi in laminam 1 mm. longam oblongam dilatatis;* antherae ellipticae, leviter ac basi

latius quam apice emarginatae, connectivo anguste elliptico, loculis apice contiguis, basi interstitio sejunctis. — Ovarium subglobosum, ima basi leviter contractum, apice conicum, ima basi glaberrimum, ceterum *dense flavideque hirtellum*. — Capsula ignota.

As. Mons. Cochinchina: insula Pulo Condor, ad pedes montium!

357 (23). **L. Archeriana** Bailey [1]) 1883, Fl. of Queensland, sec. F. von Mueller in litt. 1883. — Species post praecedentem in Vol. IV. p. 32 post lin. 31 inserenda.

Icon. Koehne atl. ined. t. 88 f. 357.

(Descr. e fragmentis paucis cum folio unico). Rami hornotini puberuli s. minutim tomentelli. — Folia subopposita, petiolis circ. 5 mm. longis subochraceo-tomentosis insidentia, ad insertionem callo tenui semilunari cincta, e basi subito in petiolum contracta ovato-subelliptica (circ. 103 mm.: 53 mm.), obtusa, subcoriacea, supra glaberrima, *subtus tomento cano-ochraceo obtecta*; nervi laterales utrinsecus circ. 6. — Pannicula tota tomento cano-ochraceo obtecta, pilis ut in Nr. 356; pedicelli peculiares 8—20 mm. lg. — Flores 6-meri. Alabastra ignota; verisimil. ut in Nr. 356. — Calyx (*10 mm.*) subsemiglobosus, alis epipetalis fere 1 1/3 mm. latis, *lobis intus versus marginem apicemque parce pilosis*, *ceterum exacte ut in Nr. 356*. — Petala, unguiculo 4—5 mm. longo tenui adjecto, circ. 18 mm. lg., subquadrato-orbicularia, undulata, ex sicco violacea. — Stamina circ. 54—60, *illis L. anisopterae omnino consimilia*, filamenta vero episepala basi haud dilatata, epipetala 8—9na ima basi quasi brevissime cohaerentia sed parte communi tubo calycino coadnata, antherae orbiculares v. fere in transversum latiores, connectivo fere orbiculari. — Ovarium *omnino subsectionis Trichocarpidii*. — Capsula 15—16 mm. longa, nigrescens, praesertim *apice pubescens*, 6-valvis, valvis episepalis. Semina *ala membranacea*, *fere semilunari* munita, circ. 8 mm. longa.

Au. Queensland: Palmer River, circ. 16° lat. merid. (leg. J. C. Baird)!

347 (21). **L. floribunda.** Vol. IV. p. 35 locis natalibus adde »Cochinchina: Chuy-dan-mox *jan.!*«

1) Herr Baron von Mueller hatte die große Güte, mir mit gewohnter Liebenswürdigkeit und Freigebigkeit die ihm zugegangenen Fragmente dieser erst 1883 entdeckten Art, der ersten in Australien endemischen *Lagerstroemia*, welche am nächsten mit *L. anisoptera*, aber auch mit *L. Loudoni* verwandt ist, zuzusenden. Ich bin dadurch noch während des Druckes der Addenda und Corrigenda in die Lage versetzt, sie hier durch die wichtigsten Merkmale charakterisiren zu können. Die Bailey'sche Diagnose in der von diesem Autor verfassten Flora von Queensland ist mir noch nicht bekannt.

Index siglorum minus usitatorum.

NB! Cf. etiam hos »Jahrbücher« vol. I. p. 305 et p. 436, ubi indicatur, quo modo abbreviato in generibus Lythro et Cuphea opera diversa citavi.

Af. = Africa.
AGr. = Asa Gray.
Am. = America.
Am. cisaeq. = Flora regionis cisaequatorialis Americae meridionalis.
(ampl.) = sensu ampliato.
Am. spt. slv. = Flora regionis silvaticae Americae septentrionalis.
And. = Flora regionis Andium tropicarum.
Ant. = Flora insularum Antillarum.
Ard. = Arduino.
Arn. = Arnott.
As. = Asia.
Au. v. Au. = Australia.
Bedd. = Beddome.
Bell. = Bellardi.
B.H. = Bentham et Hooker.
Bl. = Blume.
Bras. extr. = Flora regionis Brasiliae extratropicae.
Bras. tr. = Flora regionis Brasiliae tropicae.
Bth. = Bentham.
Buch. = Buchanan.
Calif. = Flora regionis Californicae.
Cap. = Flora regionis Capensis.
Chil. = Flora regionis Chilenae.
Chil.-Pat. = Flora regionis Chileni-Patagonicae s. antarcticae silvaticae.
Chin.-Jap. = Flora regionis Chinensi-Japonicae.
Ch. Sch. = Chamisso et Schlechtendal.
Dalz. = Dalzell.
Desf. = Desfontaines.
Ell. = Elliott.
em. s. emend. = emendanda.
Eu. = Europa.
Eu.-Sib. = Flora regionis silvaticae Europaeo-sibiricae.
(gen.) = generis titulo.
Gibs. = Gibson.
Gill. = Gillies.
G. P. = Guillemin et Perrottet.
Gr. s. Gris. = Grisebach.
Hassk. = Hasskarl.
Hk. = Hooker.
Hk. Arn. = Hooker et Arnott.
Hrn. = Hiern.
Kar. Kir. = Karelin et Kiriloff.
Kot. = Kotschy.
Kth. = Kunth.
Kz. = Sulp. Kurz.
Lag. = Lagasca.
La Ll. et Lex. = La Llave et Lexarza.
Lam.= Lamarck.
Lem. =Lemaire.
Lge. = Lange.
Lk. = Link.
Lm. = Lamarck.
Lois. = Loiseleur.
Mad. = Regio insulae Madagascar.
Mart. = Martius.
Masc. = Regio insular. Mascaren.
MB. = Marschall Bieberstein.
Mchx. = Michaux.
Med. = Flora regionis mediterraneae.
Mej. = Flora regionis Mejicanae.
Mnch. = Moench.
Mons. = Flora regionis ventorum »Monsun« dictorum.
Moric. = Moricand.
Mq. = Miquel.
Mrt. = Martius.
Oc. = Insulae Oceani Pacifici extra regionem »Monsun« sitae.
Ol. = Oliver.
Pamp. = Flora regionis »Pampas« dictae.
Perr. = Perrottet.
Pers. = Persoon.

pl. m., seu pl. min. = plus minus.
Pmp.; cf. Pamp.
Prair. = Flora regionis boreali-americanae »Prairies« dictae.
Prs. = Persoon.
Prsh. s. Psh. = Pursh.
prt. = pro parte.
Raf. = Rafinesque.
Rchb. = Reichenbach.
Req. = Requien.
restr. = sensu restricto.
Rmr. Schlt. = Roemer et Schultes.
R. P. = Ruiz et Pavonius.
Rth. = Roth.
Rxb. = Roxburgh.
Sah. = Flora regionis Saharae.
SH. = Saint-Hilaire.
(sp.) = speciei titulo.
Spr. = Sprengel.
s. str. = sensu stricto.
Sud. = Flora regionis Sudanicae.
Sw. = Swartz.
Ten. = Tenore.
Tesc. = Flora regionis Tescarum europaeo-asiaticae (Steppengebiet).
T. G. = Torrey et Gray.
Thw. = Thwaites.
W. = Willdenow.
Wall. s. Wll. = Wallich.
Wlp. = Walpers.
Wlw. (s. Welw.) = Welwitsch.
Wt. = Wight.
Wt. A. (s. Wt. Arn.) = Wight et Arnott.
Wts. = Watson.

INDEX COLLECTIONUM.

Bevor ich zur Aufzählung der einzelnen Sammlungen übergehe, wird es nothwendig sein, eine Mittheilung über die Materialien, welche mir zu Gebote standen, voranzuschicken. Als mir im Jahre 1871 die Bearbeitung der Lythraceen für die Flora Brasiliensis von Herrn Professor Eichler anvertraut wurde, erhielt ich diejenigen wohl allgemein bekannten größeren Sammlungen, welche für jenes Werk stets zur Disposition gestellt zu werden pflegen; diesen gesellte sich eine ganze Anzahl kleiner, oft aber sehr wichtiger Sammlungen in Folge der liebenswürdigen, meinen Bitten bereitwillig entgegenkommenden Zuvorkommenheit ihrer Besitzer hinzu, und ich fühle mich gedrungen, allen denjenigen Herren, denen ich eine Förderung meiner Arbeit verdanke und die im Folgenden genannt werden, hierdurch meinen verbindlichsten Dank öffentlich auszusprechen. Indem ich mich im Anschluss hieran bereit erkläre, Lythraceen aus öffentlichen oder Privatherbarien jederzeit zu bestimmen und das Erhaltene dann in kurzer Frist zurückzusenden, — ich lege selbst einen großen Werth darauf, dass in möglichst vielen Sammlungen Exemplare, die ich selbst in Übereinstimmung mit meiner Monographie benannt habe, verbreitet sind — lasse ich nunmehr das Verzeichniss derjenigen Materialien folgen, die ich zu untersuchen Gelegenheit hatte.

Berlin. Die an Lythraceen ungemein reichen Sammlungen des königlichen Herbars, denen später auch das mir noch vom Besitzer selbst zur Verfügung gestellte Privatherbar A. Braun's einverleibt wurde. Das Herbarium des königl. Botanischen Gartens. Ferner Lythraceen aus den Privatsammlungen der Herren Prof. Ascherson, Prof. Eichler, Dr. F. Kurtz und W. Vatke. Endlich die im Botanischen Garten zu Berlin lebend vorhandenen Lythraceen-Arten.

Bologna. Von Herrn Ant. Bertoloni fil. Exemplare von *Lythrum geminiflorum* und *Peplis tithymaloides*.

Bremen. Das der Stadt gehörige Herbar durch gütige Vermittlung der Herren Prof. F. Buchenau und C. Messer. Dasselbe enthält u. a. die Rutenberg'schen Pflanzen von Madagascar.

Brüssel. Das Herbarium von Martius.

Buitenzorg. Verschiedene wichtige Beiträge aus dem Botanischen Garten und aus dem daselbst aufbewahrten Herbar, insbesondere prachtvolle Exemplare von Lagerstroemia-Arten; nur hier ist mir die schöne *L. Loudoni* zu Gesicht gekommen. Der Gefälligkeit des Herrn van Nooten verdanke ich diese Materialien.

Calcutta. Verschiedene Exemplare oder Fragmente von solchen aus dem Herbar des Botanischen Gartens zu Howrah durch Vermittelung von Herrn G. King. Von besonderem Interesse für mich waren die von S. Kurz aufgestellten Species, welche mir übersandt werden konnten. Ich erwähne nur die *Ammannia dentelloides* S. Kurz, die sich als eine *Scrophulariacee* entpuppte, während ich sie nach der Beschreibung als zweifelhaftes Synonym zu *Rotala leptopetala* gestellt hatte.

Cleve. Die Lythraceen aus dem Privatherbar des Herrn Dr. Hasskarl.

Frankfurt a/M. Das Herbarium der Senckenbergischen Gesellschaft durch die freundliche Bemühung des Herrn Dr. Geyler.

Genf. Die umfangreiche Lythraceensammlung aus dem Herbar von Herrn A. de Candolle, welchem ich auch noch zu ganz besonderem Danke verpflichtet bin für die Übersendung äußerst zahlreicher litterarischer Notizen, die von der Verwaltung der de Candolle'schen Sammlungen fortlaufend aus der Litteratur excerpirt zu werden pflegen. Auch von Herrn E. Boissier erhielt ich Belegexemplare einiger *Lythraceen*-Arten, wie z. B. des interessanten *Lythrum silenoides* Boiss. et Noë und des *L. maculatum* Boiss. et Reut. zugesandt.

Göttingen. Das Herbarium Grisebach nach dem Tode des Besitzers durch das Entgegenkommen der Herren Professor Graf von Solms-Laubach und Dr. Troschel. An den von Grisebach gegebenen Bestimmungen waren zahlreiche Ändederungen nothwendig, und nur ein verhältnissmäßig geringer Theil der wichtigeren Specimina konnte den von G. beigefügten Namen behalten.

Hamburg. Von Herrn Dr. Sonder Pflanzen aus seinem Privatherbar.

Kew. Proben der von Welwitsch gesammelten, hervorragend wichtigen und interessanten Lythraceen aus Angola vor ihrer Einreihung in das Kew-Herbar nach Erlaubniss des Herrn Carruthers durch die große Güte von Herrn W. P. Hiern, in dessen Händen die Welwitsch'sche Sammlung sich noch befand. Noch weitere Lythraceen aus dem Herbarium Kew zu erlangen war mir infolge der auch diesem Herbar selbst vielleicht nicht ganz zum Vortheil gereichenden, eine Versendung nicht gestattenden Statuten unmöglich, sodass, da ich nicht selbst nach Kew gehen konnte, leider erhebliche Lücken in meiner Arbeit durch die Unbekanntschaft mit den dortigen enormen Sammlungen geblieben sein müssen. Die von mir bestimmten *Cupheen* des königlichen Herbariums zu Berlin sind nach Kew geschickt und bei der Bearbeitung der mejicanisch-central-amerikanischen Pflanzen von Herrn Hemsley mit benutzt worden, dem ich für einige briefliche Notizen, insbesondre für den Hinweis auf die Identität von *C. platycentra* Benth. mit *C. Bustamanta* La Ll. et Lex. verbunden bin. Herr G. Bentham hatte die Güte mir von seiner *C. platycentra* eine Skizze zu schicken.

Kiel. Herr Professor Engler übersandte mir das Herbar der dortigen Universität, sowie die Lythraceen aus den von ihm zur Bearbeitung übernommenen, von Mitgliedern der Expedition der »Gazelle« hergestellten Sammlungen.

Kopenhagen. Die Lythraceen des öffentlichen Herbars daselbst und die des Privat-

herbars von Herrn Professor E. Warming, der mich auch sonst noch zu unterstützen die Freundlichkeit hatte.

Leyden. Herr Suringar übersandte mir Einiges, darunter wichtige Specimina, aus dem dortigen Staatsherbar, soweit die Statuten eine Versendung zuließen.

Madrid. Herrn Colmeiro verdanke ich einige Fragmente von Cavanilles'schen Arten, wie *Cuphea aequipetala* und *C. virgata.*

Melbourne. Herr Baron F. von Müller unterstützte mich bei meiner Arbeit mit unübertroffener Zuvorkommenheit und stets sich gleich bleibender Liebenswürdigkeit, indem er mir Alles, was ihm von australischen Lythraceen zukam, jederzeit sofort übermittelte. Wenn Monographen von allen Seiten in dieser selben Weise gefördert würden, so würde die aufzuwendende Mühe in hohem Grade verringert, die Sicherheit der Resultate in unschätzbarem Maße erhöht, die Wissenschaft in unvergleichlicher Weise gefördert werden.

München. Die öffentliche Sammlung stand mir, soweit sie amerikanische Lythraceen betraf, zu Gebote.

Oldenburg. Von dort erhielt ich durch Herrn Wiepken die zu wichtigen Aufschlüssen führenden Lythraceen des Roth'schen Herbars.

Paris. Außer dem Herbar des Grafen Franqueville erhielt ich einige Proben von Lythraceen aus dem Herbarium St. Hilaire und später, nach Abschluss des Druckes meiner Monographie, noch eine reiche Sendung von Lythraceen des Herbier du Muséum d'histoire naturelle, welche von Herrn Bureau gütigst zusammengestellt und durch die liebenswürdige Unterstützung des Herrn H. Baillon durch einige Specialsammlungen noch besonders vollständig gestaltet wurde. Aus dieser letzten Sendung stammt ein großer Theil der »Addenda et corrigenda« zu meiner Arbeit, insbesondere auch 7 in den Addendis beschriebene neue Arten.

Petersburg. Durch die Güte des Herrn Hofrath A. v. Regel und Professor Maximowicz erhielt ich sowohl aus dem Herbar des Kaiserl. Botan. Gartens als auch aus dem der Kaiserl. Akademie der Wissenschaften die sehr reichen Materialien an Lythraceen zugesandt.

Rostock. Herr Professor J. Röper förderte meine Arbeit sehr wesentlich durch Übersendung der Lythraceen des Herbarium Lamarck.

Stockholm. Herr Professor Wittrock sandte mir bemerkenswerthe Sammlungen, besonders auch Sonder'sche Captypen aus dem Universitätsherbar daselbst.

Strassburg. Herbarium Buchinger.

Wien. Herr Professor Peyritsch übermittelte mir die Lythraceen des dortigen öffentlichen Herbars.

Zürich. Herr Jaeggi sandte mir auf Veranlassung von Herrn Professor Heer die Lythraceen des Universitätsherbars, unter denen sich auch die Rengger'schen Pflanzen aus Paraguay befanden.

In dem nachfolgenden Verzeichniss habe ich im Allgemeinen nur dasjenige Material berücksichtigt, welches mir selbst vorgelegen hat. Von solchen Lythraceen, deren Bestimmung ich in der Litteratur fand, ohne dass die Pflanzen mir selbst vorlagen, habe ich nur diejenigen mit aufgezählt, bei denen ich mit großer Sicherheit die Bestimmung als richtig annehmen konnte, jedoch habe ich in diesem Falle stets ein »(n. v.)« = non vidi hinzugefügt. Die Gattungsnamen wurden stets, die Artnamen größtentheils der Raumersparniss halber abgekürzt; die Artnamen und die zugehörigen Autorennamen sind leicht im Index nominum latinorum aufzufinden und danach zu ergänzen.

Abkürzungen der Gattungsnamen.

Ad. = Adenaria.
Am. = Ammannia.
Cr. = Crenea.
Cu. = Cuphea.
Di. = Diplusodon.
Gi. = Ginoria.
Gr. = Grislea.
Hei. = Heimia.
Laf. = Lafoënsia.
Lag. = Lagerstroemia.
Ly. = Lythrum.
Ne. = Nesaea.
Pep. = Peplis.
Ph. = Physocalymma.
Pl. = Pleurophora.
Ro. = Rotala.
Te. = Tetrataxis.
W. = Woodfordia.

Die Anordnung der aufgezählten Pflanzen ist so getroffen, dass die einzelnen Welttheile, alphabetisch geordnet, jeder für sich abgehandelt werden nach folgender Übersicht:

I. AFRICA.

Lawsoniam inermem, Pemphidem acidulam, Lythrum Salicariam, L. Hyssopifoliam omisi, nisi de formis criticis agebatur.

Ascherson Aegypt. *Aïn Scherif* Am. auricul. γ; *Beharieh* Ly. tribract. β; *Kasr Dachel* A. baccif. 3a; 189 Ly. tribract. α; 655 (**Rohlfs'** Exped.) Ly. tribract. α; 665 Am. baccif. 3a. — **Aucher-Eloy** Aegypt. Am. baccif. 3.

